Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

Ent

# HISTORICORUM GRAECORUM

## ANTIQUISSIMORUM

# FRAGMENTA

COLLEGIT EMENDAVIT EXPLICUIT

AC

DE CUJUSQUE SCRIPTORIS AETATE INGENIO FIDE

COMMENTATUS EST


FRIDERICUS CREUZER

SEREN. ELECTORI BADENSI A CONSIL. AUL. ELOQUENT.
LITER. GRAEC. ET LATIN. IN ACAD. HEIDELBERGENSI
PROF. P. O.


---

HECATAEI HISTORICA
ITEMQUE CHARONIS ET XANTHI OMNIA.

BS.Z.162

---


HEIDELBERGAE MDCCCVI.
IN OFFICINA MOHRII ET ZIMMERII ACADEMICA
LONDINI, APUD EVANS. PARISIIS, AP. TREUTTEL ET WÜRTZ.
AMSTELAEDAMI, AP. L. A. C. HESSE.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

# PRAEFATIO.

Triennium abiit, ex quo historicorum princi-
ɔum Graecorum fragmenta colligere promisi. *)
Neque fuit ea quidlibet spondentis temeritas,
i quis forte tacite accusarit, sed spes firmior,
ore, ut concederetur et suppellex literaria et
empus liberum integrumque a jusso negotio.
Neutrum contigit, et fiducia si non incisa pe-
itus, tamen lentior apparuit. Huc vero arces-
itus eandem firmatam denuo recreatamque vidi
um aliis rebus, tum egregiâ Principis Elec-
oris hujusque Academiae Curatorum

*) Cujus consilii rationes exposui in Commentariis Societatis philologicae Lipsiensis, quos Beckius edendos curat, Volum. II, Partic. II, Pag. 335 seqq. Theopompea, quoniam Kochius occupavit, excludentur.

liberalitate, quâ institui coeptus librorum apparatus, necessarius iis artibus, quibus humanitatis haud exigua pars continetur.

Quod ipsum quo optatius fuit, eo magis faciendum putavi, ut exstaret, unde credibile fieret, me non abjecisse illud consilii, sed, quantum licuerit, exsecuturum, prout et valetudo concesserit et muneris ratio, uberiorque deinceps materia succreverit. Atque nunc cum maxime spes ostenditur, fore, ut in ea re socii et voluntate mihi et industriâ et vero etiam doctrinâ uti liceat. Etenim singulari in me studio operis societatem addixit Carolus Philippus Kayser, qui olim Philetae Co fragmenta edidit nuncque in hac urbe optimas literas cum summa laude docet. Qui vir si, uti videtur, aliunde levatus fuerit, mecum colliget edetque historicorum Graecorum, quorum integra opera desiderantur, reliquias, adjectis tantum notis criticis marginique adscriptâ notatione temporum. Quo fiet, ut illae, si minus ab omni parte illustratae, at tamen uno corpore conjunctae et recte dispositae, a literarum studiosis facilius tractari queant.

Sed explicandum est, quid nunc a me solo effectum praestetur.

Ac si quaeratur, qua caussâ ductus haec potissimum selegerim ex Historiae primordiis repetita: fecit ipse Historiae pater, cujus ego illecebris ita delinior, ut, sicubi detur, ad ejus consuetudinem revertere soleam.

Namque ut primum eidem operam navavi, animum arrexit illud, quod is ex Hecataei Milesii scriptis multa diceretur desumsisse, nec minus e Xanthi Lydiacis scribendi opportunitatem nactus. Et probabile est eundem, licet non in eorum numero habendus sit, qui toti fere ex aliorum auctoritate pendent, ut Plutarchus, Diodorus, alii: minime tamen eorum libros neglexisse, qui ante se in eodem argumento elaborarint, in quibus prae ceteris Charon fuit Lampsacenus.

Ab iisdem triumviris prosaica scriptio, in Joniâ primum inchoata a philosophis, indeque traducta ad rerum scriptores, huic relicta est, qui eam deinde ad majorem cultum erudiit et

Jamque prodeat is libellus, quo et voluntas appareat solvendi nominis, majorisque libri capiatur augurium. Quod, equidem laetabor, si haud infelix visum fuerit iis, qui de his rebus recte augurari judicantur.

Scribebam Heidelbergae
pridie Calendas Decembres
1805.

# ARGUMENTUM.

## SECTIO I.


| | Pag. |
|---|---|
| Hecataei Milesii nomen obliteratum . . . . | 3 |
| — — — aetas . . . . . . . . . . . . | 4 seqq. |
| Utrum Hec. Mil. Protagorae discipulus, an Pythagorae . | ibid. |
| Hecataeus Tejus. Sevinii negligentia. Zornii opinio . | 5 seqq. |
| Protagorae et Pythagorae nomina confusa . . . . . | 7 |
| Hecataeus Mil. Pythagorae adjunctus. G. J. Vossii error. Ciceronis locus tractatur . . . . . . . . . | ibid. seqq. |
| Hec. Miles. Geographus. Geographiae Graecorum primordia. Πιναχογραφία — terrarum descriptio verbis comprehensa. Utrumque asseritur Hecataeo Mil. Ejus tabula — doctrina — prudentia . . . . . . . . . . | 8 - 11 |
| Hec. Mil. Pythagoreus — Xenocratis familiaris — Protagoreus. Protagorae prooemium. Ciceronis duo loci attinguntur. Dinon de Protagorâ. Hecataei prooemium. Ejus de Graecorum mythis sententia — ingenium . | 12 - 15 |
| Ejus per Graeciam celebrata gloria . . . . . . . . | 16 |
| Historiae initia. Prosa nascens. Suidas tentatur. Orationis, quâ usus Hecataeus, indoles — comparata cum Herodoteâ . . . . . . . . . . . . . . . . | 16 - 18 |
| An Hecataeum. M. Herodotus exscripserit — Ciceroniani loci lectio — περιηγητὴς ἐξηγητὴς περιήγησις περιγραφὴ quid. — Hecataei fragmentum eruitur. Hecataeus Melesagorae compilator. — Illius scripta usu frequentata . . . . . . . . . . . . . . . . | 19 - 21 |
| Callimachi judicium de Hecataei M. Periegesi. — Hecataeus Eretriensis . . . . . . . . . . . . . . . . | 21 - 22 |

Pag.

Herodoti judicia de H. Milesii Aegyptiacis. Hujus de Nilo opinio explosa — Fragmentum de insula Chemmi. Herodotus non credulus. Tiedemannus notatur. Periegesis H. Milesio vindicatur. Eratosthenis judicium probatur. . . . . . . . . . . . . . . 21 - 28

Hecataei Abderitae Aegyptiaca. Galei error. Arriani lapsus. Variorum de Nilo opiniones, in his Ephori. Diodori locus attingitur. Tzetzes notatur. — Artemidori fragmentum nuper publicatum emendatur . . . . . . 28 - 31

Liber de Aegyptiorum philosophia utrum Milesii an Abderitae . . . . . . . . . . . . . . . . 31 seq.

— de Abrahamo, an genuinus. Jonsii quaedam sententia improbatur . . . . . . . . . . . . . . 32 - 35

— de Mose ab Aegyptiis expulso. Hecataeus Milesius junior? Zornii opinio improbatur. Quinque Hecataei, qui de Aegypto. Hugius notatur . . . . . 35 - 38

Hecat. Milesii operum catalogus. Ejus Asia. Libya. Stephani Byzantii index vitiosus . . . . . . . . . 38 - 40

Fragmentorum disponendorum ratio . . . . . . . . 40 seq.

Ἱστοριῶν fragmentum de Pelasgis. Φθόνος et πόθος confusa. Platonis locus adhibitus. Euripidea oratio frequenter Herodoteae similis . . . . . . . . . 41 seq.

— — Οἴνη. Locrorum Οἰνόη. Nota mscr. Abr. Gronovii 43

— — de rebus Thessalicis. Stephanus Byz. emendatur. Pherecydis locus indicatur . . . . . . . . . . 44 seq.

Genealogiae. Herodotus de Hec. narrans . . . . 45 seq.

Res Herculis — aper Erymanthius — Cerberus. ᾅδου κύων. G. J. Vossii judicium de H. Milesii fragmentis 46 seq.

Phrixi aries loquens. Hecataeus credulus . . . . . . 48

Auge (cf. Addend.). Lernaea hydra . . . . . . . . 48 - 50

Geryonis armenta. Scylax emendatur in Abrah. Gronovii nota mscr. Erythia . . . . . . . . . . . . 50 seq.

Epirus. Acarnania. Selli. Hercules Hyperboreos adiens. H. Abderites . . . . . . . . . . . . . . . 52 seq.

Pag.

Oechalia. Pausaniae locus corruptus. Scvinii error. Facii emendatio improbatur . . . . . . . . . . . 53 seq.

Ceyx et Heraclidae. Bastii emendatio probatur . . . 54 seq.

Αἰολικά. Μελήτε κόλπος. Deductae in Asiam Graecorum coloniae . . . . . . . . . . . . . . 55 seq.

Endymion. Num ejus res H. Milesius explicuerit. Scriptores, qui de eo Ea fabula varie adhibita: cur in sarcophagis. Hesiodi antiquissima ratio: mortis arbitrium, mortis felicitas. Stobaeus emendatus. Ciceronis tres loci tractantur. Davisii sententia probatur. Poëtarum, Philosophorum, Physicorum ejus fabulae tractandae ratio. Plotinus. --- Hypanis fluvius. Heraclea. Abrah. Gronovii nota mscr. de Scylacis aetate . . . . . . . . . . . . . . . . 56 - 59

Res Aetolicae. Αἰτωλικὰ et Αἰολικά. Elei, Epei --- Paeon. Paeones (cf. Addenda). κέγχρος. Ciceronis locus tentatus et illustratus. H. Milesii Paeones . 61 seqq.

Oeneus. Vinum inventum. Athenaei locus tractatur. Fragmentum de Lycaone confictum. Arcadicae res. Οἰάνθη. Hecataei Αἰολικὰ Genealogiis inserta, hae vero in Historiarum limine positae . . . . . . . . . . 67

Acarnania et finitima. Aeas s. Aous fluvius. Duplex Inachus fl. Amphiaraus. Dodonaei . . . . . . . . 70

Res Peloponnesiacae et primo loco Argolicae. Peloponnesus antiquitus a barbaris habitata. Proetus Tirynthem muris circumdans. Cyclopes γαστερόχειρες. Hecataei fragmentum in Strabone latens. Μιδεα Τεγεα, accentuum caussa et ratio. Attinguntur nonnullorum scriptorum loci, inprimis Hecataei ap. Pausaniam . 70 - 73

Antiqui sermonis vestigia in Hecataeo obvia, γέγειος. Sylburgii Bentleiique discrepantes sententiae de loco Hecataei. Callimachus. λόγος ἔχει et similia historicis frequentata. Carminum compositio antiquissimis historicis ipsique Hecataeo asseritur. Ejus Ἡρωελεγείων libri. ἔπισσαι . . . . . . . . . . . 73 - 77

Pag.

Mycenarum origines et nomen. μύκης. Hecataei locus tentatur. Duo alia Hecataei fragmenta . . . . . 77 - 79

Amazonum res. Ἀμαζόνειον. Κύμη. Χαδήσιαι. Sinope. Thermiscyra Amazonum urbs. Mannerti error. Hecataeus in Amazoniis rebus ab Herodoto aliisque exscriptus. Enumerantur scriptores cum veteres tum recentiores, qui de his egerunt. Scriptores Atthidum, rerum Alexandri. Hecataeus Abderites. Ejus liber de Hyperboreis. Saintecroix de loco quodam Plutarchi. Proponitur conjectura de Hecataeo Eretriensi. . . 79 - 86

## Sectio II.

Charonis Lampsaceni aetas. Suidae error. Ejus locus tentatur. Dionysii Hal. auctoritas. Ejus locus explicatur. Larcherius notatur. Plutarchi loci duo. Thucydides Charoni adsentiens. De Charonis aetate sententia proponitur . . . . . . . . . . . . . 89 - 95

Alii Charones, etiam rerum scriptores. Gyraldi error. Charonis nomen obliteratum. Chares, Charax, Chaereas, Χαίρων, Χείρων, Charondas. Xenophon Lampsacenus . . . . . . . . . . . . . . . 96 - 98

Charonis Lampsac. operum catalogus . . . . . . . . 99

Dionysii Hal. locus de Charone aliisque vetustioribus . 100

Persica. Fragmentum de rebus Pactyae. Herodotus a Plutarchi criminatione vindicatus . . . . . . 101 - 102

— — de bello Jonico. Sardiana arx. Meles. Suspicio de loco Polyaeni. Herodoti fides iterum defensa. Charon in Persicis brevitatis studiosus, Herodotus prolixior. Lysanias Mallotes. . . . . . . . . 103 - 105

— — de columbis albis, Persico bello visis. Herodotei loci lectio. Sophoclea oratio ad Herodoteam propius accedens. . . . . . . . . . . . . . 105 seq.

Hellenica. Charonis sententia de Carcino carminum Naupactiorum auctore . . . . . . . . . . . 107

Pag.

Περὶ Λαμψάκȣ. Lampsaci origines, fabularum de hac re varietas. Πιτυόεσσα. πίτυος δίκην ἐκτρίβειν. Herodoti locus, male explicatus, e Charone illustratur. Bentleii judicium quoddam improbatur. Artemidori locus in Oneirocrit. adhibetur Herodoto . . . 108 - 110

— — Fragmentum de Lampsace puellâ. Bebryces. Amycus. Phobus et Blepsus. Lampsacenorum numus, cujus significatio adhuc incerta, e Charone illustratur 111 - 113

— — de fonte Lampsaceno vel Charon, vel Theopompus. — De Lampsacenis montibus dictum Anaxagorae . . . . . . . . . . . . . . . . . . 114

— — de Bebrycia. G. J. Vossii sententia improbatur 115

— — Lampsacenus ager. Abarnis. Herodorus et Herodotus confusa. Priapus. Percote, Percope. . 115 seq.

Ὅροι Λαμψακηνῶν. — Fragmentum de finibus Troadis . . . . . . . . . . . . . . . . . 116 seq.

— — — de Bisaltis et Cardianis. — διδάσκειν αὐλητάς. Disputatur de argumento Charonis ὅρων 117 - 119

— — Eruitur illustraturque Charonis fragmentum in Polyaeno latens de Lampsacenis et Parianis. Parium. Ejus urbis origines. Numi. Vinum Parianum. Neptuni sacra. . . . . . . . . . . . . . . 119 - 122

— — Fragmentum de poculo Alcmenes a Lacedaemoniis asservato. --- Examinatur memorabilis sententia Schweighaeuseri de ὡρογράφοις Jonum. Charoni tamen vindicatur ὅρων (de agro finibusque) scriptio nec minus Artemoni Clazomenio. ὀρέων, ȣρέων, ὠρέων, ὥρη, ὤρη cet. Tractantur scriptorum aliquot loci, inprimis Herodoti et vindicatur Platonis lectio, proposità simul aliâ conjecturâ. Monetur de loco Phlegontis Tralliani . . . . . . . . . . . . . . 120 - 126

Πρυτάνεις. Conjectura de hoc scripto. — ἀναθημάτων in fanis repositorum usus historicus ad temporum rationem firmandam. Scriptores περὶ ἀναθημάτων,

Pag.

in his Polemo — Polemones plures — Καρχήσιον. κώθων. Xenophon λακωνίζων, non usque quaque feliciter. Ctesiae locus. . . . . . . . . . . 126-129

Κτίσεις. Fragmentum de Rhoeco. Rhoeci plures. Rh. Cnidius. Aliorum scriptorum de eadem re narrationes. Arcas. Callisto. Variae de ea fabulae. Κτίσεις fabulis refertae. Probatur Sevinii sententia et diligentia Jonsii. . . . . . . . . . . . . . . . . 129-132

## Sectio III.

Xanthi Lydii aetas. Sardes quater captae. Menagii insignis error notatur. Xanthus poeta lyricus antiquissimus. Dionysius Halic. cum Suida conciliatur. Suidas tentatur. Proponitur de Xanthi aetate judicium . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 135-138

An Xanthus Sardianus fuerit. G. J. Vossii minus cautum judicium quoddam improbatur . . . . . . . 138 seq.

Scriptorum de Xantho testimonia. Dionysius Hal., illius laudator, secum ipse conciliatur . . . . . . 139 seq.

Λυδιακά. Ejus operis γνησιότης. Artemonis dubitatio. Ephori contraria sententia. Alia scripta historica, quae pro spuriis habita. Dionysius Scytobrachion. Varietas lectionis in loco Athenaei. Artemones duo. 140-142

Ephori altera sententia de Xantho. ἀφορμή. Valkenaerii et Larcherii diversa judicia. . . . . . 142 seq.

— Ejus operis libri quot. Menippus illius epitomator. Menippi plures . . . . . . . . . . . . . . 144

— Catalogus eorum, qui, praeter Xanthum, Λυδιακὰ conscripsere . . . . . . . . . . . . . . 144 seq.

— horum fragmentorum disponendorum ratio . . . 145

— Dionysii H. locus primarius e Xanthi Lydiacis. Μαίονες, Μῄονες, Μηΐονες rel. Ejus nominis scriptura in numis — in scriptoribus, praecipue in Hero-

Pag.

doto. Maeon. Cybele. Attis. Λυδιακῶν scriptores attigerunt has res, nec minus Bacchi historiam. Vicissim Lydiae res ab iis expositae, qui Dionysiaca conscripserunt. Dionysii Bassarica . . . . . . . . . . 145-148

Λυδιακά. πατρῷος, πάτριος. Tyrrhenorum origines. Scriptorum de ea re tradentium classis duplex . 148 seq.

— Antiquissimorum Lydiae regum tabula genealogica pro diversorum scriptorum opinionibus. Frereti gravis error notatur . . . . . . . . . . . . . 149 seq.

— Xanthi in rebus patriis auctoritas. Doctorum hominum in hac re discrepantia. Τύῤῥα. Tyrrhenus. Τύραννος. Archilochi locus. Larcherii sententia probatur (sed vid. Addend.) . . . . . . . . . . . . 150 seq.

— Scriptores recentiores de Lydiarum rerum chronologia 151 seq.

— Lydiorum regum series ex mente Herodoti: Atys, Cotys, Asias. Difficultas loci Herodotei. Asiae (orbis terrarum partis) nomen. Atys in numis. Plures Atyes 152-155

— Num Lydi in Italiam profecti Tyrrhenorum civitatem condiderint. Timaei testimonium. Recentiorum: Ryckii, Sevinii, Frereti, Larcherii, Heynii, aliorum sententiae. Tyrrheni Pelasgici. Lydiacae res pro Tyrrhenicis . . . . . . . . . . . . . . 152-154

— Τόῤῥηβος. Nicolai Damasceni locus. Nicolaus Xanthum plurimis locis exscripsit. Musices Lydorum primordia. Scriptorum loci de Lydorum re musica, inprimis Herodoteus. Πηκτίς. Euphorionis et Heraclidis Pontici testimonia. Lydorum ἁρμονία. Tibia Lydiaca. Larcherii sententia defenditur . . . . 155-158

— Lydus. Lydorum nominis etyma plura. Num Xanthus Maeoniam et Lydiam distinxerit. Ejus discriminis ratio . . . . . . . . . . . . . 158 seq.

— Λυδὸς, Λυδαῖος, Λύδιος, Λυδιακὸς, Λυδικὸς, Λυδεύς. Antimachi Lyde. Tenullius notatur. Herodotei itemque Xenophontei loci lectio. Portus reprehenditur . . . . . . . . . . . . . . . 159-161

Pag.

Λυδιακά. Xanthi locus apud Strabonem de lacubus exsiccatis. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 161-163

— Ejusdem alter apud eundem similis argumenti itemque tertius de miris terrae conversionibus. Dionysii Periegetae locus, interprete Prisciano, proponitur cum varietate lectionis. Phrygiae etymon. Aristotelis locus. Beckmanni conjectura improbatur. Suspicio de altero Aristotelis loco. Typhon et Arimi ab aliis ad alias terras tracti. Timaei sententia. Cercopes. Pithecusae insulae. Ejus fabulae explicandae discrepantes rationes. Poëtae scriptoresque, qui has res attigere. Τυφών. Ejus nominis formae. Hellanicus. Typhonis Aegyptii sacra et species. Callisthenes. Aeschrion. Xenagoras. Pherecydes Typhonem in Italiam fecit proficisci. Xanthi diversa sententia. Catacecaumena regio Demetrius Scepsius. Livius. Arimus rex. Xanthus fortasse ab Herodoto reprehensus. Suspicio de similibus locis, e Xantho aliisve scriptoribus Λυδιακῶν repetitis. Laudatur Theopompi disputatio de fabulis physicis . . . . . . . . . . 163-170

— Phryges ex Europa oriundi. Ascania. Berecynthes. Briges. Midas (cf Addenda). Fabularum de eo varietas. Clearchus de eo. Conjectura de mytho quodam Theopompi. Stephani Byzantii locus tentatur. Sangarius. Bithyniacarum rerum scriptores . . 170-174

— Mysi e Thracia oriundi. Mysorum origines e Xantho declaratae. Nicolai Damasceni locus, fortasse e Xantho. ὀξύη. Olympus mons Mysius. Athenaei lectio vindicata. Olympi plures. Cares, Mysi et Lydi cognati inter se. Herodoto lux. δεκατεύειν diverso sensu adhibitum. Valkenaerii sententia. Terrasonus defensus . . . . . . . . . . . . . . . . . . 174-179

— Fabula de Mercurio, utrum Xanthi Lyrici, an historici. Ἑρμαῖον et ἕρμαιον scripturae et significationis varietas. ἕρμακες. Hermaeum. Scriptorum loci nonnulli attinguntur. Mercurii nomen in res Lydias per-

Pag.

peram intrusum. Hermocapelium, Hermupolis in nummis — ἀφοσιέμενοι quid. Jonica forma Xantho et Herodoto restituta . . . . . . . . . . . . . 179-182

Λυδιακά. Alcimus antiquissimus Lydiae rex. Gronovii conjectura improbatur . . . . . . . . . . 182 seq.

— Fragmentum de Atergati a Mnaseâ servatum. Ctesias de ea. Doctorum hominum de ea et de Astarte sententiae. Amazonum res cum Lydiacis conjunctae. Mopsus Lydius. Conjectura de eo. Simplicii locus e Theophrasto. Sevinii diversa ratio. Meles . . 183-185

— Cambles Lydiae rex. Nicolaus tragoedias excitans. Diversa illius nominis scriptura. Jardanus. Heraclidae ab eo originem ducentes. Herodoti et recentiorum in his rebus discrepantia. Conjectura de Xanthi sententia. Larcherius laudatus. Hercules Omphalae serviens. Variorum de hac re variae opiniones. Poëtae, Heraclearum praecipue auctores, reliqui scriptores. Omphale in picturis frequentata, uti et in numis. (Qua de re praecipue consulendus est J. Winkelmann, qui in Monumentis antiq. Comment. I, Pag. 35, ingeniose usus est loco Philostrati I. Icon. XXX, Pag. 808 Olear. de Lydorum vittis, ad explicandam imaginem, quam ille Herculis esse putat in gynaeceo Omphalae commorantis, cf. Monum. librum II, 47. De Lydorum reliquorumque barbarorum more, hac in re, a Graecis abhorrente alias disputandi materia nascetur ex loco Herodoti I, 10). Lytierses. Cercopes. Syleus. Midae filii. Tmolus. Omphales nequitia, Clearchi locus. Eustathii error notatur. Tantalus, Niobe. Niobidarum fatum ad Lydiam tractum. Pelops Lydus. Xanthi narratio de Niobe Assaonis filiâ, non Tantali. Scriptorum de illa discrepantes sententiae . . . . . . . . . . . . . . 185-191

— Fragmenta ex libro PRIMO Λυδιακῶν. Lycosthene Lydiae urbs. Reliquorum scriptorum de hac eadem altum silentium, an Metropolis. Holstenii error. Goltziani numi multi spurii. . . . . . . . 191-193

Pag.

Λυδιακα. Locus de Thylone ad vitam revocato. Similis narratio de Glauco. Polyidus (Adde Pag. 193 lin. 20: Explicatur ibi eam fabulam exhibens Nahlii, artificis Casellani, delineatio, quae postea Goethii plausum meruit. Vid. Programma I insert. Act. liter. Jenens. an. 1804. Pag. V.) Antiquorum praestigiatorum artificia. Herbae medicae inventae. Serpentes salutares. Serpens in Lydiae numis. --- Herba βάλις. Antiquissimi scriptores etymologiarum studiosi. . 193 - 195

— — ex libro SECUNDO. Ardynium Mysiae. Thebe Troadis. Cilices Troadis. Lydiae res a scriptoribus Τρωϊκῶν memoratae. Strogola, sicut Ardynium, ex solo Xantho cognita . . . . . . . . . . . . 195 seq.

— — de Adramyte feminas castrante, Athenaei et Hesychii Milesii pugna, Vossii, Meursii sententiae. Alia conjectura proponitur. Xenophilus scriptor Λυδιακῶν. Xenophili plures. Maji error notatur. Xenagoras. Adramyttium oppidum. Scripturae maxima varietas. Numi. Herodotea lectio tractatur. Discrepantia de ejus urbis auctore. Hermon Lydiae rex. Xanthi opinio . . . . . . . . . . . . 196 - 199

— — Gyges Lydiae rex. Sevinii quoddam judicium reprehenditur. Xanthus de Gyge narrans a Nicolao excerptus. Suspicio de Heraclidis Pontici loco. Koeleri judicium probatur. Nicolai locus e Xantho de Gyge illustratur. (cf. Addenda) Magnesiorum clades. Bularchi pictura. Scriptorum sententiae de donariis regum Lydiorum. Horum opulentia. Lydi ignaviâ, mollitie et servili ingenio famosi. Gyges regnum Lydiae occupans, ejus aetas. . . . . . . . . 199 - 205

Pag.

Λυδιακά. Nicolai narrationes de Sadyatte, Alyatte et Croeso e Xantho, uti videtur, desumtae. Croesi historia illustratur. Herodotus, Ctesias, Nicolaus. — Xenophili, Suidae, Nicolai narrationes e Xantho repetitae. Conjectura de his ipsis. — Examinatur differentia, quae intercedit inter Xanthi et Herodoti Lydiaca. — Alyattes. In medium proferuntur alii scriptorum loci de ejus rebus, qui et ipsi forsan e Xantho desumti. . . . . . . . . . . . . . 202-215

— ex libro TERTIO. Eupatria, Lydiae urbs. Ridiculus error obvius in Stephani Byzantii indice. Eupatridae. Vespasiani numus. . . . . . . . 216

— ex libro QUARTO. Astelebe, Asteria, Lydiae oppida. Asteria insula. Conjectura de loco Apollodori. — Ascalon. Ligorii suspecta auctoritas. Scylacis lacuna a Gronovio in not. mscr. expletur. Judaea, cum Phoenicia, Persarum aetate, ad Syriam pertinens. Xantho et Herodoto lux. Ascalonis urbis antiquitas. Fabulae de ejus originibus . . . . . . . . . 216-219

— Sidene. Alexander Polyhistor. Ejus Lyciaca. Sidyma. Side. Siden. Sidene. Lycia Troadis. Duplex mendum e Stephano Byzantio sublatum. Lydiae termini late patentes. — Elgos. Stephanus Byzantius iterum corrigitur. Suspicio de Xanthi fragmento apud Strabonem latente. . . . . . . . . . . . 220-222

Xanthi Μαγικά. Ctesiae testimonium. Diogenis Laërtii locus. Sotion. Clitarchus. Saintecroix de eo. Alter locus Diogenis e Xantho. Meursius notatur. Utrum Xanthus Lydius auctor Μαγικῶν, an Xanthus Atheniensis. Jonsii sententia examinatur et infringitur. Magicarum rerum scriptores (cf. Addenda). . . 223-226

Pag.

Xanthi locus de Lesche poëtâ. Jonsii judicium . 227

— — περὶ Ἐμπεδοκλέους. Empedoclis aetas. Vossii sententia. Jonsii diversa ratio probatur. Empedoclis dictum in Diogenis Laërtii vitis corruptum emendatur. . . . . . . . . . . . . . 228-232

# Hecataeus Milesius.

Ἑκαταῖος Ἡγησάνδρȣ, Μιλήσιος, γέγονε κατὰ τȣ̀ς Δαρείȣ χρόνȣς τȣ͂ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος, ὅτε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος ἐπὶ τῆς ξέ ὀλυμπιάδος, ἱϛοριογράφος. Ἡρόδοτος δὲ Ἁλικαρνασεὺς ὠφέληται τȣ́τȣ νεώτερος ὤν. Καὶ ἦν ἀκȣϛὴς Πρωταγόρȣ ὁ Ἑκαταῖος. πρῶτος δὲ ἱϛορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε, συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης· τὰ γὰρ Ἀκȣσιλάȣ (sic legendum) νοθεύȣται. Suidas.

Hecataei nomen quoties in veterum scriptis obliteratum fuerit, cum jam alii viderint, non est cur equidem uberius explicem. Hoc unum adjiciam, quod nuper Sturzius monuit in Commentatione tertia de nominibus Graecorum pag. 10. apud Isidorum in Originibus I. Cap. 38. illud pessime corruptum esse in: Achatesius. Contra Ἑκαταίȣ perperam legitur in Strabone Libr. X. Pag. 723. Almelov., ubi veteres libri exhibent ἑκατέρȣ. Vid. Casaubonum in not. ad eum locum.

Jam cum in antiquissimis scriptoribus habendus sit, tamen aetatem illius tam certo licet definire, ut optime ageretur cum literarum historia, si in posterioribus multis non plus dubitationis objiceretur. Traditur enim ab Herodoto, et ipso antiquissimo, Lib. V. Cap. 36. Hecataeus ὁ λογοποιὸς in quodam conventu Jonum

sub Dario Hystaspida, novas res molientium, imperii Persici opes enumerasse, consiliique capiendi rationes explicasse. Quae ipsa cum satis doceant, eum sub ejus belli initia floruisse, quod Jonicum dicitur, hoc est Olympiadis 69 anno 1: optime quidem fecisse putandus est Larcherius 1), qui, graviorem Suidâ auctorem Herodotum secutus, illum natum esse conjecerit circa Olympiad. 57. an. 4.

Neque vero magis audiendum est illud alterum ejusdem Suidae: καὶ ἦν ἀκουστὴς Πρωταγόρου, si rectam temporum rationem ineas. Etenim qui tandem fieri potuerit, ut profectus sit e disciplinâ ejus hominis, qui ipso aetate inferior, circa Olympiadis demum octogesimae annum alterum 2) floruerit? Quae res Sevinium adduxit, ut in Suidae loco emendandum esse cen-

1) In Table chronologique ad calcem interpretationis Herodoti, cujus scriptoris auctoritas quanti facienda sit in definienda Hecataei aetate, ante Larcherium vidit Ger. Joh. Vossius de Historicis Gr. Pag. 53, et Sevin in ea commentatione, quae est de Hecataeo Milesio; vid. Memoires de l'acad. des Inscript. Vol. VI. Pag. 474. Adde Sturzii notata ad Hellanici Fragmenta Pag. 4, ubi haec Suidae tractantur, s. v. Ἑλλάνικος: καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλε (Ἑλλάνικος) γεγονότι κατὰ τὰ περσικὰ καὶ μικρῷ πρός. Sic enim idem vir doctus legendum esse vidit, non πρό, quod Portus conjecerat.

2) Eusebius in can. chron. s. h. a.

seret: Πυθαγόρου; in hunc enim philosophum optime convenire illud, quod in Protagora difficultatem objiciat. At vero, licet nulla fere quaestio in universa antiquitate magis turbata fuerit scriptorum vario dissensu, quam ea, quae est de aetate Pythagorae; illud ipsum tamen constat minime convenire, quod Sevinius vult, ut Hecataeus Milesius Pythagorae discipulus habendus sit. Nam si gravissimi scriptoris Eratosthenis auctoritatem probaris, et probanda utique videtur: Pythagoras, natus 3) Olympiad. 43. a. 1., septuagenarius fuerit, quo tempore ipsius disciplinâ Hecataeus nondum uti posset, utpote qui tunc undecimum annum ageret. Ac quo tempore hic in ipsâ patriâ Joniâ civibus suis, bellum parantibus, consilio profuit; eodem ille, dudum profectus in magnam illam Graeciam, ibidem grandaevus obiit. Quo ipso frangitur et illa Sevinii suspicio, ideo Hecataeum videri habitum fuisse pro Pythagorae discipulo, quod forte itineris Aegyptiaci se comitem ei philosopho adjunxerit. Sed et aliam rationem ingreditur idem expediendae difficultatis, obviae in loco laudato Lexicographi. Potuisse enim fieri, ut is juniorem quendam Hecataeum confuderit cum Milesio illo antiquiore; neque vero in quenquam magis convenire disciplinam Protagorae, quem Eupolis apud Diogenem Laërtium IX, 50. Tejum dicat,

3) Larcher Essai de Chronologie Cap. XXI.

quam in Hecataeum Tejum 4), qui sibi referendus videatur ad Olympiada nonagesimam.

De hoc quidem Tejo, cujus memoria adeo evanuerit, difficile est pronuntiare. Illa vero prior sententia, quâ Hecataeus Milesius vel Protagorae vel Pythagorae discipulus habetur, hoc sibi quodammodo poscere videtur, ut accuratiori examini subjiciatur. Ac primum illud unicuique patet, neutrum admittendum esse, nec magis Protagoreum haberi posse

4) De quo Strabo Pag. 953. ed. Almel. Quem locum parum accuratus in excitandis veterum testimoniis laudare neglexit Sevin; cujus quidem verba si legeris, credas, Diogenem non minus de Hecataeo Tejo egisse, quam de Protagora. Sententiam suam ille firmare studet eo, quod hic philosophus civis fuerit Hecataei Teji. Cui rei quam parum tribuendum sit, nemo non intelligit. Memoranda hoc loco alia quaedam de hoc Tejo sententia Zornii, qui in Prolegomenis ad Hecataeum Abderitam Pag. 2. hunc pro eodem habet cum Hecataeo Tejo. Qua de caussâ ut nihil decreverim, illud tamen mirari subit, hujus Teji rarissimam fieri vel nullam fortasse, praeter locum Strabonis laudatum, per veterum scripta mentionem. Nec minus huc facit Eupolideus locus apud Diogenem l. l. In eo tamen lapsus est Zornius, quod eandem sententiam a Cellario proponi dicit Geograph. antiq. III. 3. § 87. Etenim is hoc solum dicit, Teon patriam fuisse Hecataei rerum scriptoris Anacreontisque poëtae; quae sunt ipsa Strabonis verba.

hunc Milesium, quam Pythagoreum, si hoc agas, ut, rationibus temporum probabiliter subductis, decernas, utrum nostro quoque judicio tanquam verum accipi queat.

Quocirca, praetermissâ hac disceptatione, anquiramus potius illud, quî factum sit, ut Milesius ille a scriptore quodam Graeco, quem Suidas exscripsisse putandus est, Pythagorae diceretur alumnus.

Sumamus enim hoc primum per se satis credibile: Pythagorae nomen a Suida fuisse lectum in eo scriptore, cujus verba idem exhibuerit. Nec desunt in veterum monumentis exempla, quae doceant, utriusque philosophi nomina nonnunquam fuisse a librariis confusa. E quibus unum sese percommode offert, nuper admodum a me ipso animadversum. In his Ciceronis de Nat. D. Lib. I. Cap. 1: dubitare se Protagoras vitiosam lectionem: Pythagoras exhibet uterque codex, quo equidem primus in his libris emendandis utor, et Norimbergensis et Uffenbachianus.

Pythagoreum igitur Hecataeum Hegesandri filium a quoquam perhiberi potuisse, credibile fit ex eo, quod idem etiam in aliis veterum locis jungatur Pythagorae. Heraclitus quidem apud Diogenem Laërtium IX. §. 1. 5)

5) In quo inspiciendo nimium festinavit magnus Vossius de Hist. Gr. Pag. 439. Facit enim, Laërtium auctorem laudans, Hecataeum Heracliti discipulum.

πολυμαθίη, ait, νόον ȣ̓ διδάσκει· Ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόραν, αὖθις τε Ξενοφάνεά τε καὶ Ἑκαταῖον. Aelianus vero Var. Hist. XIII, 20. Cercidam Megapolitanum, narrat, cum in eo esset, ut moreretur, dixisse, se libenter discessurum, sperare enim, fore, ut post mortem adjungatur τῶν μὲν σοφῶν Πυθαγόρᾳ, τῶν δὲ ἱϛορικῶν Ἑκαταίῳ. 6) Neque enim dubito, quin utroque loco antiquissimus ille Milesius cogitari debeat. Quo constituto apparet, quantâ ille antiquitus doctrinae gloriâ floruerit. Quod magis etiam intelligitur ex Eratosthenis verbis in loco Strabonis I. Pag. 13. Alm. classico de geographiae primordiis 7): φανεροὶ δὲ καὶ οἱ ἐπακολȣθήσαντες αὐτῷ

6) De Cercidâ Megalopolitâ praeter Perizonium ad l. l. docte egit Menagius ad Diog. Laert. VI, 76. In Aeliano ἀθυμȣμένȣς emendavit Davisius ad locum similem Ciceronis Tuscul Disp. I, 41, in quo, ut hoc obiter moneam, cum Gronovius reponendum judicasset heroumque eos, pro vulgato: convenireque eos; codex tamen Norimbergensis, a me inspectus, hoc posterius tuetur; nec Davisio placebat illa emendatio.

7) Ubi item πολυμάθεια tribuitur Hecataeo, sicut in Diogenis loco supra excitato. In Geographis numeratur idem ab Ammiano Marcellino Lib. XXII. Cap. 8: Omnis autem ejus (Ponti Euxini) velut insularis circuitus litorea navigatio viginti tribus dimensa millibus stadiorum, ut Eratosthenes affirmat et Hecataeus et Ptolemaeus aliique hujus modi cognitionum minutissimi scriptores, in speciem Scythici arcus, nervo coagmentati, geographiae

(Homero) ἄνδρες ἀξιόλογοι, καὶ οἰκεῖοι φιλοσοφίας — Ἀναξίμανδρόν τε Θαλȣ̃ γεγονότα γνώριμον καὶ πολίτην, καὶ Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον. 8)

totius assensione, formatur. — Hanc Ponti descriptionem, probabile est, fuisse partem Εὐρώπης, de qua infra dicetur.

8) Pergit Strabo: τὸν μὲν ȣ̃ν ἐκδȣ̃ναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα (σύγγραμμα legitur in Strabonis Epitom. Pag. 1204) πιςȣμενον ἐκείνȣ εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτȣ̃ γραφῆς. Haec Eratosthenis si legas, credideris solam orbis terrarum descriptionem exhibuisse Hecataeum, hoc est, ut scribendo tantum monstraret situm orbis. Atque Eratosthenem solum audiendum esse, probare studet Sevin l. l. Pag. 483, qui etiam Agathemeri judicium hoc nomine vituperat. Ita enim ille Cap. I. Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, ἀκȣςὴς Θάλεω, πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκȣμένην ἐν πίνακι γράψαι. Μεθ' ὃν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος, ἀνὴρ πολυπλανὴς, διηκρίβωσεν ὥστε θαυμαςθῆναι τὸ πρᾶγμα. κ. τ. λ. Hoc enim loco Hecataeus diserte dicitur post Anaximandrum orbem lineis per tabulas ductis exhibuisse. Utrumque conjungere ita studuit Mannert Geogr. Graec. et Roman. Vol. I. Pag. 11, ut Hecataeo tribueret cum emendationem tabulae ab Anaximandro conditae, tum descriptionem ejusdem, verbis comprehensam. Nec ego dubitandum censeo, quin ei utrumque tribuendum sit, si Agathemeri quidem sequaris sententiam. Ita enim pergit hic l. l. Εἶτα Δαμάςης ὁ Σιγειεὺς (sic enim legendum vidit, Dionysii Hal. et Suidae auctoritate, Gronovius ad h. l.) τὰ πλεῖςα ἐκ τῶν Ἑκαταίȣ μεταγράψας περίπλȣν ἔγραψεν.

In Agathemeri autem loco gemino Hecataeus hic dicitur ἀνὴρ πολυπλανής. Quod quo pertineat, intelligi potest ex ipso Herodoto,

Nam Suidas ab eo Damaste dicit catalogum gentium et urbium conscriptum fuisse. Ad illud ἐν πίνακι γράψαι laudat Abrah. Gronovius in notis mscr. (adscriptis margini exempli Geographicorum antiq., quo ego utor) hunc Luciani locum Contempl. πόλεις καὶ ὄρη ἐν γραφαῖς ὁρᾶν. Quod Propertius IV, 3, 35. sic declarat: pictos ediscere mundos. Atque Eustathius ad Dionys. Perieget. de eodem Anaximandri Hecataeique instituto disputans utitur vocabulo πινακογραφίας. Tamen πινακογράφους intelligendos etiam eos esse, qui πίνακας h. e. indices doctorum hominum conscriberent, quales olim Callimachus composuit, monuit idem Abrah. Gronovius et Heumannus in copiosa disputatione ad Fabric. Bibliothec. Gr. Vol. IV. Pag. 615 seqq. ed. Harles. Planissime Herodotus V. Cap. 49. de tabula, quam aeri incisam Cleomeni Spartanorum regi monstravit Aristagoras Milesius: χάλκεον πίνακα, ἐν τῷ γῆς ἁπάσης περίοδος ἐνετέτμητο καὶ θάλασσά τε πᾶσα καὶ ποταμοὶ πάντες. Similiter dicitur περίοδος γῆς in Aristophan. Nub. 207, ubi vid. Scholiast. Atque hanc Aristagorae tabulam Abr. Gronovius l. l. suspicatur eandem fuisse, quam Hecataeus confecerit. Qua in re assentientem nactus est doctissimum Saintecroix Exam. critiq. des hist. d'Alexandre Pag. 662, ed. altera. Nec abhorret ratio, si cogites, quae supra diximus de Hecataei oratione in conventu civitatum Jonicarum. Antiquissima Aegyptiorum hac in re inventa attigit Larcher in notis ad locum Herodoti. Rennel-

qui plurima Hecataei memorat, quae satis docent, fuisse hunc curiosissimum ad investiganda omnia, quaecumque sibi in itinere Aegyptio offerrentur, plurimarumque rerum notitiam felici memoria complexum valuisse haud mediocri in agendo prudentiâ. 9) Jam cum ille minime delitescere pateretur doctrinae suae copiam, sed in lucem proferret inque civium usum converteret, sicut in illo Jonicarum civitatum conventu, ubi prudentissimi consilii sui plurimos conscios ac testes haberet: mirandum non est, mature coeptum fuisse de ipsius ingenio rerumque praeteritarum intelligentiâ, verae prudentiae effectrici, ita statui, ut ejus nomen jam vulgo juxta cum eruditissimis hominibus celebraretur. Nec magis mirabimur, si accipiamus, traditum eundem fuisse

lius vero Geogr. system of Herod. Pag. 326 tabulae geographicae meminit ex India in Angliam adportatae, quae et ipsa, sicut Aristagorea illa, aeri incisa sit. Illas autem Anaximandri Hecataeique tabulas ab Herodoto reprehendi, IV, 36, arbitratur Bredow in Specim. geograph. et uranolog. Herodot. Pag. 16. — Quem ipsum locum idem vir doctus explicavit ibid. Pag. 20, Mannertum notans et Rennellium. Caeterum de vi vocabuli γράφειν, quod ille in loco Herodoteo interpretatur pingere, sicuti de aliis ex hoc genere copiose disputavit Wolf. in Prolegom. ad Homer. Pag. LXXXI. seqq. Hecataei tabulam postea emendasse dicitur Dicaearchus Aristotelicus. Vid. Dodwell. de Dicaearcho et ejus fragm. §. 6.

9) Vid. praeter Herodoti locum supra laudatum: II, 143.

summi alicujus philosophi discipulum; cum nihil vulgatius sit per universam antiquitatem, quam hominum celebriorum laudi cumulum addi eo, quod iidem celeberrimorum magistrorum alumni dicantur.

Cur Pythagorae autem disciplinâ usum Milesium fingerent, plura sunt, quae in caussa fuisse videantur. Nam primum, ut illud praetermittam, ab utroque Aegyptum peragratam fuisse: ferebantur Pythagorae ex Aegyptiorum sacerdotum doctrinâ perceptae sententiae; ferebatur et ipsius Hecataei cujusdam de Aegyptiorum philosophia scriptum; 10) ferebatur praeterea magicâ sapientiâ imbutus Samius philosophus; ferebantur nec minus Hecataei cujusdam de magorum placitis notata. 11) Accedit quod Hecataeus Abderita in philosophorum numero habebatur, ejusque de rebus philosophicis celebrabantur sententiae. 12) Quidni igitur facile potuerit fieri, ut Graeci posterioris aevi, qui diligentiorem temporum notationem non magis curarent, quam distinctionem hominum ὁμωνύμων, Hecataeum Hegesandri filium reapse crederent fuisse Pythagorae discipulum, et ita in suis ipsi scriptis traderent?

10) Vid. Diogen. Laërt. Prooem. §. 10, 11. de quo loco infra dicetur.

11) Diogen. Laërt. Prooem §. 9.

12) Clementis Alexandr. Stromat. II. Pág. 498. ed. Potter.

Quod quidem si cui mirationem faciat, ei certe multo uberiorem mirandi materiam suppeditabit locus Strabonis Lib. XII. Pag. 828, ubi vel Xenocratis familiaris dicitur Hecataeus Milesius. 13) Memini quidem a Vossio ita statui, antiquiorem quendam Xenocratem cogitandum esse, quem Menagius pro eodem habet, qui a Diogene Laërtio ὁ τακτικὸς dicitur ἀρχαῖος σφόδρα. Ego vero crediderim, Strabonem, scriptorem adeo diligentem, si diversum a Platonico illo traditum invenisset Xenocratem, de hac re verbo certe fuisse moniturum.

Jam vero si quis Xenocratis Platonici familiaris habitus fuerit, desines mirari, eundem Protagorae alumnum perhiberi. Et vero satis probabilis succurrit ratio, quae huic opinioni vel potius commento locum facere potuit. Constat enim inter omnes Protagoram eum fuisse philosophum, qui primus fere de quacunque re in utramque partem disputans veri falsique satis fida indicia negaret, dubitationisque latissime patentis in primis exsisteret auctor suasorque. Quam quidem cogitandi consuetudinem idem

13) Ἐπαινεῖ δὲ μάλιϛα (Demetrius Scepsius) τὴν Ἑκαταίȣ τȣ̃ Μιλησίȣ καὶ Μενεκράτȣς τȣ Ἐλαίτȣ, τῶν Ξενοκράτȣς γνωρίμων ἀνδρῶν δόξαν. Locum Hecataei ipsum adscribam in ipsis fragmentis περιηγήσεως, alias exhibendis. Vossii locus est de Hist. Gr. Pag. 441. Menagii in notis ad Diogenem Laërt. Lib. IV. §. 15.

traduxit ad eos mythos, quibus popularis Graecorum religio continebatur; utpote qui suspensum de diis aperte profiteretur judicium in celeberrimo illo prooemio 14): *περὶ μὲν θεῶν ȣ̓κ ἔχω εἰδέναι, εἴθ᾽ ὡς εἰσὶν, εἴθ᾽ ὡς ȣ̓κ εἰσίν· πολλὰ γὰρ κωλύονται εἰδέναι ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τȣ͂ ἀνθρώπȣ.*

14) Apud Diogenem Laërt. IX, 51. adde Ciceron. de Nat. D. I, 12. Nec vero Protagoras, qui sese negat omnino de diis habere, quod liqueat, sint, non sint, qualesve sint, quidquam videtur de natura deorum suspicari; ubi Davisius emendavit: qui sese negat omnino de diis quod liqueat scire, adductus cum codicum nonnullorum auctoritate, tum loco laudato Diogenis. Ernestio vulgatum potius videtur. Quod judicium confirmatur hac lectione codicis Uffenbach.: qui se negat omnino de diis habere, quod liqueat scire; sint rel.; unde satis patere arbitror, librario deberi illud scire. Etiam cod. Norimberg. tuetur vulgatam rationem. Melius successit Davisio in stabilienda lectione alterius loci I, 23, ubi etiam uterque codex, quem modo laudavi, tuetur dicere. Uffenbachianus etiam exhibet: libri sui, quod criticis placuisse video. Caeterum de illo Protagorae prooemio, praeter Menagium, egit Davisius ad Ciceronis locos proxime excitatos. Denique, ut hoc obiter moneam, quod Protagoras e Persarum disciplina haec de diis placita hausisse dicebatur (vid. Menag. l. l.), ex eo hoc mihi videtur posse intelligi, cur Dinon in Persicis a Diogene IX, 50. excitetur in rebus Protagorae.

Jam si Hecataei Milesii prooemium legeris apud Demetrium de Elocutione §. 12, quod sic habet: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τὰ δὲ γράφω, ὥς μοι ἀληθέα δοκέει εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσὶν, cognosces Hecataei ingenium Protagorae simillimum, liberum ab antiquitatis auctoritate aequaliumque, figmenta sectantium, judicio, acre, sollers, perspicax difficultatis, quae ex multiplici fabularum farragine nasceretur; ne multa: intelliges, Hecataeum similiter sese dedisse in historiâ atque in philosophiâ Protagoram. Illius quidem de Graecorum mythis judicia penitius suo quaeque loco in ipsis ejus operum fragmentis cognoscemus. Illud nunc intelligi velimus, quam facile, animadversâ illa ingeniorum similitudine, potuerint posterioris aetatis Graeci homines, qui temporum rationes parum curarent, eo adduci, ut, praepostero sane commento, hunc historicum fingerent ex illius philosophi disciplinâ profectum.

Habet igitur utraque lectio, quo probabiliter satis defendi queat. Mihi tamen, ut dicam quod equidem sentio, lenior videtur ea ratio, qua Pythagorae nomen reponitur in loco Suidae, ita ut is dicatur cujusdam scriptoris verba compilasse, qui arbitratus sit: Samio philosopho magistro usum fuisse Hecataeum Milesium. Utramvis autem lectionem praeferas, hoc perspicuum est, eruditionis laude floruisse eundem, quod in caussa fuerit, ut summi alicujus philosophi haberetur discipulus.

Fuit enim altissime infixa in Graecorum animis improba libido, si quem hominem primarium nossent, in eum unum congerendi summa quaeque, quorum ratio aliunde non constaret. In primariis autem habitum fuisse Milesium illum, cum alia arguunt, quae supra protulimus, tum Hermogenis testimonium περὶ Ἰδ. Pag. 396 ed. Sturm., eum juxta cum summis illis historicae artis triumviris, Herodoto, Thucydide, Xenophonte tanti aestimatum fuisse, ut ejus scripta non minus, quam opera illorum, imitatione dignissima viderentur. Nec minus ille a Solino in Polyhistore Cap. 40. in celeberrimis numeratur historiae conditoribus, quos quidem Asia minor protulerit.

Unde quoque judicari poterit, quî factum sit, ut spuriorum libellorum ex historico genere mangones, quo commentis suis auctoritatem conciliarent, iisdem Hecataei nomen inscriberent. Qua de re infra monebimus. In eo ille eandem fortunam habuit, quam summi quique scriptores et, ut in historicis subsistam, ipse Herodotus, cujus nomen item mentitur iste sequioris aetatis liber de vita Homeri.

Revertor ad locum Suidae, qui sic pergit: πρῶτος δὲ ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε, συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης κ.τ.λ. Qua de re nolo nunc ea repetere, quae alibi disputavi, cum historicae Graecorum artis vicissitudines explicarem. Illud monuisse sufficiat, a Josepho contra Apion. Libr. I. itemque a Plinio Hist. N. VII, 57. Cadmum Mile-

sium dici primum historiam condidisse. Neque tamen constat sibi in hac re tradendâ Plinius, vid. H. N. V, 31, quanquam ex altera parte de Cadmo gravissima accedit auctoritas Strabonis loco classico de prosae orationis primordiis I, Pag. 34, quem, quia vel maxime ad Hecataeum facit, subjiciam: εἶτα ἐκείνην μιμέμενοι, (de poësi agitur) λύσαντες τὸ μετρον, τ᾽ ἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ, συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον, καὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον κ. τ. λ.

Pherecydes quidem cogitandus hoc loco est antiquior ille idemque philosophus Syrius, vid. Suidam s. Φερεκ., ex quo loco, sicuti ex nostro, nec non e tertio, qui legitur s. v. συγγράφω, emendanda sunt ejusdem Suidae haec s. v. ἱϛορῆσαι: συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης pro Θεκυδίδης. Mutata haec fuerunt ab aliquo haud indocto Suidae lectore, qui sciret vocem συγγραφεὺς peculiariter cadere in eum, qui res ipsius aetate gestas ab ipsoque visas in libris suis perscriberet, quod Thucydidem fecisse constat. Qua de re egit Diomedes Scholast. in Dionys. Thrac. τεχν. γραμμ. et Schol. inedit. in Dionys. apud Villoisonum in anecdot. Gr. II. Pag. 172.

Quod adjicit Strabo de Hecataei et similium prosariâ oratione ad indolem poeseos, e qua illa recens nata fuerit, propius accedente, id accuratius explicatum legas a Demetrio (l. l. §. 12. de Elocut.), qui Aristotelis (Rhetor. III, 9.) praecepta secutus diligenter praecipit

de ea dicendi forma, quae periodus dicitur. Quam cum ita explicasset: orationem esse eam, quae, ut primum exorsa esset, continuo exitus sui modum praenuntiaret, utpote connexa arctius et necessariis quibusdam partibus absoluta: ab eâ comprehensionis lege continuationisque necessitate alienam esse dictionem antiquiorum illorum ipsiusque Hecataei, qui membratim dicant, ut, simulatque legendi initium feceris, nescias, quo per sententiarum sejunctarum infinitum numerum delabare. Aliam dicendi figuram ex Milesio nostro explicat Longinus de Sublim. Sect. 27, ubi pro exemplo orationis ab aliis personis ad alias celeriter deflectentis adscribitur memorabile fragmentum de Ceyce cum Heraclidis colloquente, quod infra suo loco proferemus. In quam rem universam quo minus nunc plura dicam, faciunt ea, quae explicatiora scripsi in eo libro, qui inscribitur de arte historicâ Graecorum (die hist. Kunst der Gr.) Pag. 188 seqq. Quibus jam hoc unumaddo, quod me tunc fugiebat, licet maxime comparatum ad illustrandam hanc rem, dignissimam quae illustretur. Etenim Eustathius ad Homer. Il. I. Pag. 7, ed. Basil. laudans illa Strabonis de prosae orationis initiis, et alia disputat et illud addit: Herodotum Pherecydis et Hecataei in orationis genere similem esse. Quod uti non praecise negaverim, ita nullus dubito, si Hecataei quidam liber integer exstet, plurima deprehensum iri, unde pateſiat elegantior quidam cultus, quem prosaica Jonum oratio Herodoti artificio debeat.

Restat illud Suidae: Ἡρόδοτος δὲ Ἁλικαρνασεὺς ὠφέληται τούτου νεώτερος ὤν. Quod lucem lucratur ex hoc loco Porphyrii apud Eusebium Praepar. X. Pag. 466 B. Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς περιηγήσεως βραχέα παραποιήσας. E quibus haec nominat Porphyrius: descriptionem hippopotami narrationemque de venatione crocodilorum. 15) Valkenaerius contra ad Herodo-

15) Vid. Herodot. II, 68 seqq. In illa narratione de Phoenice II, 73. illa melior lectio: ἔστι δὲ, εἰ τῇ γραφῇ παρόμοιος inducta a Wesselingio e nonnullis codicibus admonet simillimae emendationis Bentleii in Ciceron. Tusculan. I, 41. cui si similis futura est etc., cum antea perperam legeretur: cui similis. In quo vitio perseverat etiam codex Norimberg. — Sequitur illud, in loco Herodoteo ἐς τὰ μάλιστα αἰετῷ περιήγησιν ὁμοιότατος de formâ illius avis; nec minus tamen idem vocabulum adhibetur de diligenti formae descriptione, proprium hactenus rei pictoriae. Quam vocabuli vim accurate explicuit Hemsterhusius ad Lucian. Vol. II, Pag. 501. B., notans Salmasium, qui in Plin. Exercit. Pag. m. 97. neglexerat illud discriminis, quod intercedit inter περιηγεῖν (pictorum) et περιηγεῖσθαι de iis, qui peregrinis sese applicantes his ostendebant, quae per Graeciae oppida memorabilia viderentur, narrabantque priscas earum rerum historias, unde iidem dicebantur et περιηγηταὶ et ἐξηγηταί; de quo vocabulo docta est disputatio Ruhnkenii ad Timaeum s. h. v. Hoc ideo moneo, tum quia illa, quae de harum vocum diversitate Hemsterhusius praecipit, non

tum Pag. 139 huic scriptori patrocinatur, cum aliis rationibus usus, tum eo, quod illam Asiae

adhibita video a Schneidero in Lexico, tum quod inde discas, quo sensu dicatur Hecataei περιήγησις ipseque περιηγητής. Traductum enim vocabulum ad rerum geographicarum scriptores. Similiter vox περιγραφή, quae pictoribus est circumscriptio (Contur, Umriſs, quam rem nuper bene illustravit Facius in Excerptis ex Plutarch. ad artes spectantibus Pag. 153.), frequentatur geographis haud dissimili sensu, v. c. de insulis, ut in his Ptolemaei V, Pag. 239. νήσυ Λέσβυ ἡ περιγραφή. Haec hactenus. De crocodilis mira leguntur apud Diodorum Siculum I, 89, ubi Menas rex ab iis servatus perhibetur. Quae res mirationis minus fortasse ei faciat, qui legerit, quae refert doctus Francogallus Denon in itineris Aegypt. descriptione passim. Illam narrationem (adhibitam ab Holstenio ad Stephan. Byz. s. v. Κροκοδείλων πόλις, emendatam a Valkenaerio ad Herodot. Pag. 276. 12.) haud improbabiliter suspicias ex ipso fortasse Hecataei Milesii opere fluxisse, si cogites, ab eo horum animalium naturam satis diligenter explicatam fuisse, quod patet ex loco Porphyrii.

Vicissim Melesagorae Chalcedonii scrinia compilasse dicitur Hecataeus. Clemens Alexandrinus in Stromat. Libr. VI. Pag. 752. ed. Potter: Μελησαγόρυ γὰρ ἔκλεψεν Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, καὶ Εὔδημος ὁ Νάξιος, οἱ ἱςορικοὶ καὶ ἐπὶ τύτοις ὁ Προκοννήσιος Βίων, ὃς καὶ τὰ Κάδμυ τῦ παλαιῦ μετέγραψεν κεφαλαιύμενος· Αμφίλοχός τε καὶ Ἀριςοκλῆς, καὶ Λέανδρος, καὶ Ἀναξιμένης, καὶ Ἑλλανικὸς, καὶ Ἑκαταῖος κ. τ. λ. — Quem locum ideo totum fere adscribendum duxi,

περιήγησιν pro spurio foetu habuerit Callimachus. 16)

quod vidi Sevinium, quae est istius in testimoniis veterum tractandis negligentia in commentat. laud. P. 485, haec ita accipere ac si Cadmi scripta compilasse diceretur Hecataeus, quod solus Bion fecisse dicitur. Quo ipso franguntur ea, quae ille, vindicandi Hecataei Milesii caussâ, ex patriae significatione effici voluit.

De reliquis scriptoribus non est quod hoc loco dicam. Melesagoras ille a Dionysio Hal. de Thucyd. Iud. Pag. 818. Amelesagoras dicitur, vide ibi Interprett.

Hecataei autem Milesii operibus multos scriptores usos esse et per se patet, et supersunt ejus rei vestigia, in quibus hoc est, obvium in Festi Rufi Avieni descriptione orae maritimae v. 40 seqq. apud Hudson. script. Geogr. Graec. minor. Tom. IV: multa rerum junximus, ex plurimorum sumta commentariis. Hecataeus istic quippe erit Milesius caet.

16) Apud Athenaeum Epitom. Lib. II, Pag. 270, ed. Schweigh. Ἑκαταῖος δ'ὁ Μιλήσιος, ἐν Ασίας περιηγήσει, εἰ γνήσιον τȣ̃ συγγραφέως τὸ βιβλίον (Καλλίμαχος γὰρ Νησιώτȣ αὐτὸ ἀναγράφει) ὅς τις ȣ̃ν ὁ ποιήσας, λέγει ȣ̃τω· Sequitur narratio de cinara planta suo loco adscribenda. Schweighaeuser in animadvers. ad h. l. Tom. I, Pag. 468, adductus auctoritate Callimachi, a quo ejus operis auctor νησιώτης dicitur, cogitandum esse censet Hecataeum Eretriensem, utpote hominem insulanum, quem laudat Plutarchus Vit. Alex. Pag. 160, ed. Francof. improbatque conjectu-

Haec igitur pertinent ad res Aegyptiacas, in quibus tam multiplex injicitur Hecataei vel potius Hecataeorum mentio, ut, nisi diligentissime singula distinxeris, crassâ continuo caligine obruaris. Quocirca, priusquam ad reliqua pergamus, subsistamus in Herodoto, ut intelligatur, quid inde ad Hecataei Aegyptiaca judicanda effici possit. Ac primum constat Milesium illum ab historiae patre dici λογοποιὸν, vid. V, 36, callato capite 125. Deinde apud eundem scriptorem (II, 143) de eodem λογοποιῷ ea memorantur, quae hominem arguant studiosissimum rimandarum rerum memorabilium, oblatarum in Aegyptiorum templis, curiosissimumque in omni ejusdem terrae historiâ, ut jam illud praetermittam, quod supra universe monui de ipsius singula perscrutandi curâ indeque natâ

ram Toupii, qui Gorgiae Leontino illud ipsum attribuendum conjecerat. Jam Alexandrinos illos librorum censores de hac re in diversa abiisse docet, cum Athenaeo collatus, locus Strabonis I, Pag. 13, quem supra adscripsi, unde contrarium Callimacheo Eratosthenis intelligitur judicium. Quo ipso Sevinius l. l. Pag. 483 usus est ad eandem sententiam stabiliendam. Idem in partes vocat Stephanum Byzantinum, qui plurima περιηγήσεως laudare soleat tanquam genuini operis. Quod ille caussae suae firmandae gratia addit de Jonica dialecto fragmentorum ex illo scripto obviorum, non necesse est docere, in eo quam parum praesidii sit, cum, si forte quis Jonico illi scriptori quidpiam affinxerit, is certe Jonicam orationem simulasse putandus sit.

experientiâ. Jam hoc nemo negaverit persimile veri esse, eum, quo retineret memoriam earum rerum, quas per Aegyptum vel ipse observasset, vel a sacerdotibus aliisve tradita accepisset, eas ipsas perscripsisse in quocunque libro.

In lucem vero editum hoc operis fuisse lectitatumque a plurimis, non minus probabile fit, si ea, quae passim Herodotus de rebus Aegyptiis tradit, cum illis conferas, quae de iisdem tradita feruntur ab Hecataeo Milesio. In quibus illud est, quod ex hujus δευτέρῳ περιηγήσεως profert Athenaeus: Ἑκαταῖος δὲ — εἰπὼν περὶ Αἰγυπτίων, ὡς ἀρτοφάγοι εἰσὶν, ἐπιφέρει· „τὰς κριθὰς εἰς τὸ πῶμα καταλέουσιν,“ Libr. X, Pag. 139, Schweigh. conf. ibid. Pag. 30 et Libr. III, Pag. 443, ubi adjicitur mentio de cylleste, panum genere; adde de his locis Schweighaeuseri Animadvers. Tom. V. Pag. 338 et 509. Cujus loci simillimus est Herodoteus Lib. II, Pag. 77. E quibus non hoc solum patere videtur, exstitisse illius Milesii scriptum aliquod de Aegypto lectumque ab Herodoto fuisse, sed etiam ejus libri γνησιότης videtur stabiliri, qui περιήγησις dicitur. At dicat aliquis fieri potuisse, ut iste ipse a Callimacho dictus νησιώτης, quo commento suo fidem auctoritatemque conciliaret, eidem Herodotea nonnulla attexerit. Audio, at habeo, quo me tuear. Etenim constat inter omnes solitum fuisse historiae patrem, ubi in aliqua re lapsum deprenderet Hecataeum, eum ipsum reprehendere. Cujus consilii fortasse ea caussa exstitit, quod vidisset plurimum tribui ejus viri

judicio, prae ceteris florentis doctrinae experientiaeque gloriâ. Huc pertinet locus memorabilis VI, 137, de quo infra ad ipsa fragmenta dicetur, ut alia omittam, verbi caussa quae contra Hecataeum disputari videntur IV, 36, 17) de terrae forma orbiculatâ, unde satis intelligitur consuevisse Herodotum errores notare, si forte in eos incurrerit Hecataeus.

Jam ut ad Aegyptiaca revertamur, cum in iis multa ab eodem scriptore notentur, quae ex Milesii illius scriptis memorantur, simillimum veri est: id ipsum in caussâ fuisse, cur eas res acriori examini subjiciendas judicaverit Herodotus. Nimirum Scholiastes Apollonii Rhodii ad IV, 259 ab Hecataeo illo dicit traditum Argonautas e Phaside flumine in Oceanum indeque in Nilum transiisse (Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐκ τοῦ Φάσιδος διελθεῖν εἰς τὸν Ὠκεανὸν, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς τὸν Νεῖλον), unde facile haec ejusdem eruitur sententia: Nilum exire in Oceanum. 18)

17) Ubi a se rideri ait eam opinionem Herodotus. Alter locus II, 143, modice subridentis speciem exhibet.

18) Quo loco usus alterum ejusdem Scholiastae advers. 284 emendandum censuit Schoenemann de Geographia Argonautarum Pag. 41. Illius commenti auctores exstitisse sacerdotes Aegyptiorum Theophylacti (histor. VII, 17) fide docet doctissimus Mannert in Geographia Graecor. et Roman. Tom. IV, Pag. 43. Satius erat Diodorum Siculum laudare, quem exscripsit Theophylactus nullâ ejus mentione factâ, monente Wesselingio ad

Quam ipsam in eo loco, quo diversas de exundatione Nili opiniones dijudicat (II, 21), acerrime notat Herodotus, auctoris nomine omisso. Qua in re consentientem nactus est Diodorum Siculum, 19) qui in eadem disputatione Hellani-

Diodori locum I, 37 seqq Poëtarum Graecorum antiquissimorum de Nilo fluvio commenta nuper illustravit J. H. Voss in copiosâ illa disputatione de veterum geographiâ, inserta Ephemeridibus literar. Jenensibus ann. 1804 mens. April. Pag. XIX, nec Hecataei oblitus reliquorumque scriptorum.

19) I, 37. Οἱ μὲν κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς ἀπὸ τȣ͂ περιῤῥέοντος τὴν οἰκȣμένην Ὠκεανȣ͂ φασίν αὐτὸν (τὸν Νεῖλον) τὴν σύστασιν λαμβάνειν· ὑγιὲς μὲν ȣ̓δὲν λέγοντες κ. τ. λ. Qui locus non fugit Heynii diligentiam in Commentat. de fontibus Diodori Siculi Pag. XXIX, ed. Bipont. In eo tamen fallitur vir doctus, quod Hecataeum Abderitam a Diodoro in ea disputatione, quae est de Nili naturâ, nominari dicit. Qui ibi unus laudatur, Milesius ille est. Quod satis declarant et adjuncta Hellanici, Cadmique nomina et illud maxime παλαιοὶ παντάπασιν ὄντες. — Illud ὑγιὲς hoc sensu adhibitum, a Wesselingio explicitum et Hemsterhusio ad Lucian. Tom. II, Pag. 545, similiter usurpatum legas in Herodoto I, 8. Quem locum praeter cetera illustrando Pindarico Olymp. V, 55 ὑγίεντα ὄλβον adhibuit doctissimus Astius in Commentar. Soc. philol. Lips. Vol. II, 1, Pag. 21. Ceterum Larcherius ad Herodot. l. l. P. 205 eandem sententiam, quam nos Hecataeo asseruimus, docet etiam amplexum fuisse Euthymenem Massiliensem. Fugit Larcherium locus Scholiastae Apollonii.

cum ait Cadmumque et Hecataeum et priscos omnes ad fabulosas assertiones declinasse. Atque ex quonam librorum Hecataei illa excitaverit Apollonii Scholiastes, obscurum est. Equidem crediderim e genealogiis, quae fabulosam historiam videntur exhibuisse.

Succurrit tamen locus alius, in quo, periegesin respiciens, nomine non addito, ab Hecataeo judicium suum sejungit Herodotus. Agit ibi (II, 156) de Chemmi insulâ Aegypti, quam ab Aegyptiis natantem perhiberi dicit, neque tamen sibi observatum esse ejusmodi quidpiam, neque simile veri videri. Atqui Hecataeus haec ipsa, Aegyptiorum famam secutus, pro certo tradidit:

Stephanus Byzant. *Ἔστι δὲ καὶ Χέμβις νῆσος διὰ τοῦ β, ἐν Βούτοις* (*ἐν Βουτοῖ* ex Herodoto emendavit Holstenius ad h. l. et Isaac. Vossius ad Melam I, 9) *ὡς Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Αἰγύπτου. Ἐν Βουτοῖ περὶ τὸ ἱερὸν τῆς Λητοῦς ἐστι νῆσος Χέμβις ὄνομα, ἱρὴ τοῦ Ἀπόλλωνος· ἐστὶ δ' ἡ νῆσος μεταρσίη, καὶ περιπλεῖ ἐπὶ τοῦ ὕδατος καὶ κινεῖται* (Vossius: *κινέεται*) *ἐπὶ τοῦ ὕδατος.* (Abest a Msc. illud prius *ἐπ. τ. ὑδ.* Vossius contra delendum censet posterius) *ὁ νησιώτης χεμμίτης καὶ χέμμιος.* 20)

20) Chembis Hecataeo est, quae Herodoto II, 156, Chemmis, non confundenda illa quidem cum urbe Chemmi, quae in Thebaide Aegypti sita erat, vid. Herodot. II, 91. De illa cf. Hennike Commentat.

Jam ut eo pergam, quo animus festinat: cum is scriptor, quem supra in aliis rebus vidimus ab Hecataeo in diversa abeuntem, in Aegyptiis quoque nonnullas opiniones oppugnet, quarum auctorem reticeat, quidni fidem habeamus iis, qui easdem ab Hecataeo proditas testentur et quidem in periegesi? Equidem certe minime vereor, ne nimis credulus reperiar, si illud scriptum pro genuino Milesii illius opere habeam idemque crediderim fuisse ab ipso Herodoto lectitatum. Illa tamen, quae a me disputata sunt, si quem forte movere non queant, eum certe movebit gravissimi scriptoris Eratosthenis auctoritas, qui, dissentiens a Callimacho, e reli-

de Geographia Africae Herodotea Pag. 54, de hac J. Melch. Hartmanni, viri doctissimi mihique amicissimi, scriptum de Edrisii Africa Pag. 515, laudatum etiam a Larcherio Table Geographique ad calcem Herodoti; adde Denonii itinerarium Aegypt. Pag. 341, vers. vernac. — Ceterum hic locus de Chemmi Herodoteus, ut et ille de Nilo, satis docere quemque potest, qui verum videre velit, historiae patrem non usquequaque pependisse ab Aegyptiorum mira tradentium, sacerdotum praecipue, ore, ut qui haud raro sententiam suam ab eorum auctoritate segregare intelligatur. Quod eo magis teneri velim, quo incautius cupidiusque pronuntiari video a nonnullis eruditis, in quibus et Tiedemannus fuit in opere de caussis philosophiae. Cui viro nolim ea excidissent, quae ille subinde in notis ad Denonii librum proxime laudatum monuit,

quis Hecataei scriptis probari [21] judicavit et periegesin ex ipsius ingenio esse profectam. Ejus viri testimonium qui recte aestimet, is aliorum testimonia scriptorum, licet nec ipsa pro nihilo habenda sint, minime desiderabit.

Neque vero dubitare licet Hecataeum quoque Abderitam, qui cum Alexandro Magno fuit, historiam Aegyptiacam condidisse. Hoc certo constat ex loco Diodori Siculi I, 47. Qui scriptor, vetustorum Aegypti regum quae Thebis reperiuntur sepulchra commemorans, Hecataeum in iis numerat, qui Ptolemaei Lagi aetate Thebas profecti Aegyptiaca contexerint. Quod in alium non cadere, quam in Abderitam, unicuique patet. Atque idem patriae nomine adjecto laudatur passim apud veteres in rebus Aegyptiacis v. c. apud Plutarchum de Iside et Osir. Pag. 453 Wyttenb. in explicatione vocis Ἀμοῦν. Ejusdem Abderitae ea esse crediderim, quae paullo ante in eodem libro, (Pag. 448, Wyttenb.) Hecataeo auctore, memorantur de Aegyptiorum regibus vinum bibere solitis:

*Οἱ δὲ βασιλεῖς καὶ μετρητὸν ἔπινον ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὡς Ἑκαταῖος ἱστόρηκεν, ἱερεῖς ὄντες.* Ga-

21) Adscripsi verba ipsa supra nota 8, ubi retinendam censui lectionem *πιστεύμενον*, quam nec sollicitandam ratus est Siebenkees, vid. ipsius editionem Strabonis Pag. 17, motus sine dubio codicum Venetorum Vaticanorumque auctoritate, qui in illam conspirant. Casaubono placebat *πιστευόμενον*, quod Mss. quidam exhibent.

leus tamen in notis brevibus ad Herodotum Pag. 39, Wessel. haec eadem Milesio attribuit. 22)

Jam vero cum et utriusque Hecataei de rebus Aegyptiis scripta exstarent et de alterius opere dubitaretur, mirum non est mature adeo in his rebus fuisse turbatum, ut qui cautius judicarent, sicubi hoc nomine traditum quidpiam laudassent, se ipsos dubitare plerumque faterentur, an revera Hecataeo excitatus a se locus adsignandus videretur, praecipue si qui forte meminissent jam Alexandrinos criticos in diversa abiisse in judicio de Milesii περιηγήσει. Quo pertinent haec Arriani de Expedit. Alex. V, 6, Αἰγυπτὸν τε Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑκαταῖος οἱ λογοποιοὶ (ἢ εἰ δὴ τȣ ἄλλȣ ἢ Ἑκαταίȣ ἐςὶ τὰ ἀμφὶ τῇ γῇ Αἰγυπτίᾳ ποιήματα) δῶρόν τε τȣ̃ ποταμȣ̃ ἀμφότεροι ὡσαύτως ὀνομάζȣσι, quanquam hanc reapse Milesii fuisse sententiam veri simillimum videbitur ei, qui locum Herodoti II, 5, inspexerit, ex eoque didicerit fuisse hoc ab Heliopolitanis sacerdotibus traditum: Aegyptum praeter Thebaida esse a Nilo aggestam. 23)

22) Idem in eo fallitur, quod ea, quae ex Eudoxi περιόδῳ Plutarchus l. l. adfert, Hecataei esse censet. Caeterum haec ipsa haud parum faciunt ad illustrandum Herodoti locum II, 37.

23) Minus diligentem in eo se praebet Arrianus, quod simpliciter dicit Aegyptum, cum haec posterior opinio, quam Diodorus ipse I, 34, coll. III, 3, maximam partem amplectitur, accurate distin-

Excitantur ab antiquis et alia Aegyptiaca ex Hecataeo; quae ad utrum referenda sint, plerumque ambigitur. Sic, ut hoc utar, Diogenis

guenda sit ab illâ alterâ Ephori, quâ tota Aegyptus credebatur ποταμόχωστος, quam idem acerrime perstringit sicuti ea, quae Ephorus inde volebat effici (I, 39). Sic equidem utrumque Diodori locum conciliandum esse arbitror. Illa autem Tzetzae ad Lycophron. Cass. 119 quam parum accurata sint: Ἄιγυπτος ὥς φησι Διόδωρος καὶ πάντες πέλαγος ἦν, non attinet uberius explicare, nisi forte ibidem pro πάντες emendandum sit Ἑκαταῖος. Illud anonymi fragmentum de Nilo, quod primum ab Henr. Stephano vulgatum Herodoti editionibus addi solet (vid. Pag. 788, ed. Wess.), Ephori esse suspicatur Wesseling. ad Diodor. I, 39, cf. Plutarch. de placit. Phil. Pag. 81, ed. Beck. Qui in eo fragmento excitatur locus Euripidis ex Helena, de eo consulendus est Musgravius Tom. III, Pag 550, ed. Beck. et Valkenaerius in Diatrib. Euripid. Pag. 30. Eandem fabulam memorat doctus Scholiastes Apollonii IV, 269. Ex illo autem Herodoti loco de Aegypti inferioris origine egregie emendavit Aristophanis Scholiasten ad Plutum magnus Hemsterhusius, vid. Pag. 54 seqq. Diodori locum attigit, nonnulla vituperans, Larcherius in Additamentis ad interpretationem Herodoti Tom. IX, Pag. 595.

His de Nilo fluvio variorum scriptorum locis addi nunc debet Artemidoro Geographo tributum fragmentum, quod ex bibliothecae Elector. Monacensis thesauris erutum nuper edidit latineque convertit Xaverius Berger in nobil. ab Aretin Beiträge

Laërtii locum in prooemio §. 10, 11, quem supra attigi, ubi Ἑκαταῖος ἐν τῇ πρώτῃ περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας laudatur, Abderitae at-

zur Geschichte und Liter. aus den Schätzen der Münchner National- und Hof-bibliothek, ann. 1804, Partic. 5, Pag. 50 seqq. Cujus fragmenti extrema, quoniam pessime habita vidi a librariis, hoc loco subjicienda duxi, additis meis emendationibus: φασὶ γȣ̃ν οἱ πλεῖϛοι τȣ̃ κόσμȣ σοφοὶ (?) ὅτι ȣ̓κ ἔϛιν ὕδωρ εἰς τὴν (leg. ȣ̓δὲν) ὑπ᾽ ȣ̓ρανὸν ὅμοιον τȣ̃ Νείλȣ εἴς τε ὑγίειαν καὶ πρόληψιν (l. πρόσληψιν, nisi malis προαύξησιν, quod posterius vocabulum nec literarum specie multum abest ab illo: ΠΡΟΑΥΞΗΣΙΣ: ΠΡΟΛΗΨΙΣ, et eodem sensu Hippocrati frequentatur) καὶ εὐρωϛίαν σωματικήν. Καὶ τȣ̃το ἀναπορȣ̃σι διὰ το τὴν ὕλην πολλὴν ἀπορεῖν. (Hic equidem anceps distineor, utrum magis succenseam librariis, qui haec tam foede depravarunt, an interpreti, qui ita vertit: Hocque inde conficiunt, quod plurimis sordibus careat. Quae sententia quomodo ex his verbis effici queat, velim docuerit Bergerus, qui, quasi omnia optime haberent, ne verbo quidem monendum lectorem censuit. Legendum arbitror: καὶ τȣ̃το ἀναπείθȣσι [licet de voce ἀναπορȣ̃σι nolim certo pronuntiare] διὰ τὸ τὴν ἰλὺν (vocabulum ei rei peculiare, vid. v. c. Herodot. II, 93, ut alios locos plurimos omittam) πολλὴν ἀποῤῥεῖν (vox eodem sensu obvia in Polybio vid. Schweighaeuseri Lexic. Polybianum. Atque hoc eo probant, quod coeni maxima vis effluat.), λέγȣσι γὰρ ὅτι, ἐπειδὴ ἐπιπολὺ καθαίρεται διὰ τῆς ἀναβάσεως ἥ τε ὕλη (ἰλὺς) καὶ ὁ βόρβορος αὐτȣ̃, διηθεες (Hoc vo-

tribuit G. J. Vossius de Hist. Graec. Pag. 53, ita tamen ut decernere non audeat. Addit enim: „non eundem esse, qui de Aegyptiâ terra, quique de philosophia Aegyptia scripsit, satis verisimile est.“ Sevinius contra, licet et ipse de hac re dubitet, magis tamen eo inclinat, ut haec ipsa itinerario Milesii Aegyptiaco inserta fuisse arbitretur, vid. commentat. supra laudat. Pag. 481. Ego vero, licet non sim nescius, antiquissimos quoque rerum scriptores Graecos de Aegyptiorum philosophiâ tradidisse (ex Hellanico certe ea proferuntur, quae satis doceant eum in Aegyptiacis suis res quoque philosophicas attigisse, vid. v. c. ejus fragmenta Pag. 40, ed. Sturzii): verumtamen illa Diogenis quidem tutius arbitror assignari Abderitae. Quod si quaeris, cur ita statuam, facit Plutarchi auctoritas, qui iis ipsis locis, quos supra ex ejus scripto de Iside et Osiride excitavi, Abderitae fide ea commemorat, quae haud ita multum absunt ab argumento ejus loci, quem excitavit Diogenes. Quid? ipsius Isidis et Osiridis in hoc quoque mentio fit.

Laudatur etiam Hecataei scriptum de Abrahamo et Aegyptiis a Clemente Alexandrino Stromat. Lib. V, Pag. 717, ed. Potteri. Hoc sive idem fuerit, sive diversum ab eo, quod

cabulo locupletari possunt Lexica, a quibus illud abest. Caeterum melius procedet oratio, si ita legeris et distinxeris: βόρβορος, αὐτὸ (scil. τὸ ὕδωρ) καὶ ὑγιεινὸν γίνεται.

Origines contra Celsum I, Pag. 13, περὶ Ιȣδαίων βιβλίον Hecataei Abderitae dicit, et Eusebius in Praepar. Evang. Lib. III, Pag. 239, ed. Rob. Stephan. [24]) ejusdem Ιȣδαίων ἱϛορίαν (cujus fragmenta etiam aliquot Josephus suis libris inseruit: contra Apion. Lib. I, §. 22, II, §. 4. Antiquitt. Lib. XII, Cap. 2): nemo eruditorum nescit, quantopere in hac caussâ, quae cum sacris Christianorum rebus conjunctissima crederetur, a viris doctis in utramque partem decertatum fuerit. [25]) In iis quidem fragmentis ea nar-

24) Ubi sic: Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης ἀνὴρ φιλόσοφος ἅμα καὶ πρὸς τὰς πράξεις ἱκανώτατος. Jonsius de scriptor. hist. phil. I, Pag. 122, Dorn. historiarum Aegyptiarum scriptorem, de quo Diodorus I, 46, diversum esse suspicatur ab eo, quem Diogenes L. IX, 69, Pyrrhonis philosophi discipulum facit. Quod judicium parum mihi probatur. Nam cum et Eusebius et Suidas eundem Abderitam, qui Alexandri Magni et Ptolemaei primi comes historias condidit, φιλόσοφον dicant, et praeterea satis constet, quam fuerit in ejus aevi hominum more positum, in philosophiâ non minus elaborare, quam in historiâ, quod utrumque fecit Heraclides ille Ponticus, ut plurimos alios omittam: non erat, cur ea disputatio, quam satis impeditam reddit Hecataeorum, certa scriptorum fide cognitorum, multitudo, impeditior etiam redderetur fingendo altero Abderitâ.

25) Quae omnia collecta reperias a Zornio in Hecataei Abderitae Eclogis Hamburgi 1730, vid. Prolegom. Pag. 3 seqq. et Animadverss. Pag. 186 seqq.

rantur de Judaeis, quae homo Judaeus de suo ipse populo vix honorificentius pronuntiare potuerit. Quocirca jam Herennius Philo in Origenis loco laudato de his ita judicavit, ut in medio relinqueret, falsone assignatum sit hoc operis Hecataeo Abderitae, an is scriptor ad Judaeorum placita amplectenda traductus cogitari debeat. Josephi patrocinium suscepit Spencerus ad Origenis locum l. Quod judicium praeter ceteros sequitur Zornius, qui haec, tanquam ipsius Hecataei, hominis philosophiae cognitione imbuti ejusdemque alienissimi a Judaeorum sacris, de Judaeis testimonia pro gravissimis habenda esse statuit. In alia omnia abiit Josephus Scaliger judicans in epistol. ad Casaubonum 115, illum ipsum librum ab Hellenistis fuisse confictum. Quam sententiam, probatam etiam Bentleio in Respons. ad Boyl. Pag. 463 et in epistol. ad Mill. Pag. 530 ed. Lips. novis rationibus firmare studuit vir doctus in Eichhornii Bibliothek der biblischen Literatur, Vol. V, Partic. 3, Pag. 431 seqq., probabiliter disputans de credulitate Josephi, qui multa sequioris aevi commenta pro genuinis antiquiorum operibus habuerit. Plane diversum est judicium Sanctocrucii 26), qui nullus quidem dubitat, quin illud scriptum de Judaeis ex Abderitae

26) Saintecroix Examen critiq. des Historiens d'Alexandre le grand Paris. 1804, Pag. 558, ed. alterâ, ubi copiosius disputatur de rebus Alexandri, per Judaeam gestis.

ingenio profectum sit, neque quicquam tribuendum censet judicio Herennii, qui ipse potius habendus videatur pro impostore. Quam sententiam licet idem vir doctus confirmare studuerit rationibus aliis, ex ipsâ rerum traditarum indole repetitis: tamen penitius inquirenti in promtu fuerint alia ex eodem fonte haurienda, quae contrariae sententiae favere videantur, ut jam illud praeteream, quod tamen nec ipsum negligendum videtur esse: Suidam in enumerandis Abderitae scriptis non memorare historiam illius Judaicam.

Exstat non minus nobile alterum de Aegyptiacis Judaicisque rebus fragmentum Diodori Siculi, a quo scriptore harum rerum auctorem Hecataeum Milesium perhiberi dicit Photius. 27) Traditur ibi Moses una cum Danao et Cadmo, in quos, ut homines peregrinos, violatorum patriorum sacrorum crimen, luis pestiferae caussam, intendissent Aegyptii, ex horum terrâ ejectus, et ille quidem Judaeis legum lator reique publicae non minus, quam urbis Hierosolymorum templique κτίστης exstitisse.

Jam cum Hecataei Abderitae de Judaeis celebraretur liber, Wesselingius suspi-

27) Qui nobis illud Diodori fragmentum servavit in Bibliotheca Cod. CCXLIV; unde insertum Eclogis Diodor. vid. Libri quadrages. Eclog. I, Vol. X, Pag. 215, Bipont. editum denique a Zornio in libello supra l. Pag. 195.

catur hunc ipsum a Diodoro laudatum fuisse, fallique Photium, qui Milesium a Diodoro advocatum dicat. Zornius contra, qui Milesium dici vidisset, ita tamen, ut idem rerum auctor perhiberetur, Macedonici imperii aevo gestarum, ne Photium erroris argueret, eam rem sic expediendam esse censuit, ut statuanius fuisse alterum Hecataeum Milesium, juniorem illum quidem filio Hegesandri, sed tamen supparem Abderitae.[28]) Quod est judicium hominis, cupidius captantis auctoritatem Graeci scriptoris, qua firmetur sacra Judaeorum adeoque Christianorum historia, docteque confutatum est a Wesselingio ad locum laudatum. Cujus rationibus illud videtur posse adjici: parum veri simile videri, si reapse unquam fuerit alter Milesius Hecataeus, eundem silentio fuisse praetermissum a Strabone, qui in descriptione Mileti, ubi ejus urbis civium celebriorum nomina enumerat, unum tantum

28) Itaque, si rationem ineas, ecce quinque numero exoriuntur homines, qui vel veri Hecataei vel fictitii de solis rebus Aegyptiacis aut revera tradiderunt, aut certe a quoquam perhibentur tradidisse. Primus est is, cujus caussâ tota haec disputatio instituta, antiquissimus Milesius Hegesandri filius; alter ille Abderita, qui cum Alexandro fuit et Ptolemaeo Lagi; tertius, qui Eretriensis Plutarcho dicitur, idemque a Schweighaeusero creditur τὴν περιήγησιν conscripsisse; quartus, qui homo Judaeus judicatur Hecataeum Abderitam simulasse, memoratus a Josepho. Quintus

Hecataeum historicum commemorat. Wesselingii sententiam sequitur Heynius in disputatione de fontibus Diodori Siculi Comment. II, Pag. LXXXIX, ed. Diodor. Bipont. Equidem Hugium 29) miror, quasi omnia ex-

denique is, qui a Diodoro exscriptus, de Mose, Danao Cadmoque ex Aegypto expulsis tradidit, a Zornioque et ipse perhibetur Mileto oriundus. Atque hoc loco maxime queri licebit acerbitatem fortunae, quae servatum noluerit scriptum Demetrii Magnetis περὶ τῶν ὁμωνύμων ποιητῶν, καὶ συγγραφέων; de quo vid. Menagium ad Diogen. Laërt. I, 38.

29) In libro bonae frugis plenissimo, qui inscribitur die Erfindung der Buchstabenschrift, Pag. 145. Equidem parum credibile reor hunc Hecataeum dictum fuisse Milesium a Diodoro, qui, quod supra vidimus, reliquos Hecataeos accurate distinguere soleat. Potius arbitrer illum h. l. patriae notitiâ omissâ, nudum posuisse Hecataei nomen, Photium vero, ductum consuetudine Graeculorum, gravissima quaevis, sub Hecataei alicujus nomine tradita, ad Milesium illum trahere solitorum, istud cognominis perperam adscripsisse. Caeterum quam parum probabile sit, a scriptore tam prisco, qualis Milesius ille Hegesandri fuit, Judaeos esse memoratos et Mosem, perspicuum est cogitanti Herodotum de his ipsis rebus alte silere, quod secus esset, si antiquior ipso scriptor easdem attigisset praecipue cum ille earum regionum non numquam mentionem fecerit, vid. III, 5. 91, ut alios locos taceam, ubi idonea in Judaicam historiam digrediendi esset opportunitas et paene necessitas. Ne Hierosolymam quidem nominasse dubitare non patitur eruditorum disputatio Cadyti urbe.

pedita essent et extra dubitationem posita, hunc vel a Diodoro vel a Photio laudatum Milesium pro antiquissimo illo habuisse, qui Xerxis aetate vixerit, tantique fecisse ipsius testimonium, ut inde gravissimarum rerum fidem (v. c. in ea narratione, quae est de literis a Cadmo in Graeciam adlatis) suspensam esse voluerit.

---

Scriptis Hecataei enumerandis supersedit Suidas. Tamen e solo Stephano Byzantino colligi eorundem tituli fere ad unum omnes possunt. Sunt autem hi:

Περιήγησις Ἀσίας, Λιβύης, Αἰγύπτȣ, Εὐρώπη, Ἑλλήσποντος. Quae singulae περιηγήσεις fuisse videntur partes majoris cujusdam operis, quod vel περίοδος vel περιήγησις γῆς inscriberetur, et ipsum haud raro excitatum cum a Stephano, tum ab aliis. Illam quidem conjecturam confirmat ea ratio, quâ passim res Aegyptiacas ex Hecataeo laudari videas. Etenim si illius Geographi locos plurimos conferas, intelliges in Aegyptiarum urbium notitiâ modo simpliciter laudari περιήγησιν, veluti sub voce Μαγδωλὸς, modo περιήγησιν Λιβύης, ut s. v. Κράμβȣτις, modo Αἰγύπτȣ περιήγησιν, uti is locus infertur, quem supra adscripsimus de Chemmi et urbe et insulâ.

Asiam autem et Lybiam hoc sensu dixit Hecataeus noster, ut totius terrarum orbis eam partem, quae meridiem versus pateret, universe haberet Asiam, eandemque dissectam fingeret Nilo fluvio in binas regiones, quarum

alteram, sub oriente sole sitam, rursus Asiam vocaret, angustiore vi vocabuli, alteram, quae in occasum pertineret, Libyam. Qua de re nuper monuit J. H. Voſs in der Weltkunde der Alten, Pag. XIX.

Laudantur item ipsius

Ἱςορίαι, quarum plures libri fuerunt. — Unde, ut hoc obiter moneam, cum Suidas Hellanico non minus περίοδον γῆς tribuat, quam ἱςορίας, Sturzius (ad hujus Fragmenta Pag. 28) suspicatus est fieri posse, ut Suidas haec, quae Hecataei fuerint, perperam adſignaverit Hellanico. Quam tamen conjecturam ipse infringere studuit.

Γενεαλογίαι, quarum libri quatuor nominantur.

Etiam Περσικὰ tribuuntur eidem in Jndice ad Stephanum Byzant., inserto Bibliothecae quoque Graec. Fabricianae Vol. IV, Pag. 652, ed. Harlesii, sub voce Ἀρταῖα. At ibidem non Hecataeus, sed Hellanicus, excitatur, cujus Persica exstiterunt. *) Laudatur quidem Hecataeus in rebus Persicis tradendis a Diogene Laertio I, 9, ubi haec de Magis: Ἑκαταῖος δὲ (λέγει) καὶ γεννητοὺς τοὺς θεοὺς εἶναι κατ' αὐτούς. Sed

*) Cui quidem indici, omnino cavendum est, ne fidem habeamus. Vitiosissimum enim cognovi cum in aliis, tum in ipsis Hecataei locis evolvendis; vide v. c. voces Ἀπάτουρος, Αὔσιγδη, Οἴνη, ut reliqua taceam. Alia ejus vitia infra ad Xanthi fragmenta indicabo.

cum patriae significatio desideretur, utique dubitare licebit, uter cogitandus sit, Milesiusne an Abderites. Huic quidem in rebus Alexandri vix deesse potuit idonea de Magis disputandi opportunitas.

Erant denique, qui eum auctorem perhiberent Φορωνίδος, vid. Casaubonum ad Strabon. Lib. X, Pag. 723 A. Plurimi tamen eandem verius adsignabant Hellanico, ad quem consulendae sunt Sturzii notae Pag. 102 seqq.

De scripto περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας, quod a nonnullis illius Milesii esse credebatur, supra a nobis disputatum est.

Excitatur denique ab Harpocratione illius Ἡρωελεγείων β΄, quod videtur carmen fuisse, de quo infra dicetur.

---

Jam ut ad ipsa fragmenta accedamus, videamus primum de Historiis, nam de Periegesi et supra diximus, et alio tempore dicemus, cum ejus libri reliquias collectas dabimus. 30) Nunc ea tantum subjiciemus, quae cum argumento fragmentorum ex Historiis Genealogiisque proponendorum conjunctiora visa fuerint. In

30) Quae res lucis plurimum lucrabitur ex eo libro, quem meditatur J. H. Voſs, qui terrarum orbem illustrabit, prouti eum sibi quisque veterum inde ab Homero usque ad Eratosthenem conjectura informavit, ita ut potiora explicentur tabulis geographicis.

illis disponendis non tam librorum ordinem sequemur, qui a scriptoribus raro nominantur, quam ordinem vel geographicum, vel in Genealogiis maxime mythorum seriem, ut jungamus, quae de uno homine v. c. Hercule memorantur.

Historiarum locum aliquem servavit ipse Herodotus VI, 137 in rebus Miltiadis, quas item attigerat et Pherecydes, vid. hujus fragm. ed. Sturzii Pag. 89, et Ephorus, cujus luculentum locum Stephanus Byzantius profert in Πάρος, ex quo maculam abstersit Valkenaer ad Herodot. Cap. 133. Ephorum a Nepote in Miltiadis rebus expressum esse, jam Lambinus docuit. — Narrat Herodotus, quemadmodum Lemnum obtinuerit Miltiades: Πελασγοὶ, ἐπεί τε ἐκτὸς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξελάθησαν, εἴτε ὦν δὴ δικαίως, εἴτε ἀδίκως, τȣ̃το γὰρ ȣ̓κ ἔχω φράσαι, πλὴν τὰ λεγόμενα, ὅτι Ἑκαταῖος μὲν ὁ Ἡγησάνδρȣ ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι λέγων ἀδίκως·

Ἐπεί τε γὰρ ἰδεῖν τȣ̀ς Ἀθηναίȣς τὴν χώρην, τήν σφίσι αὐτοῖσι ὑπὸ τὸν Ὑμησσὸν ἐȣ̃σαν ἔδοσαν οἰκῆσαι, μισθὸν τȣ̃ τείχεος τȣ̃ περὶ τὴν ἀκρόπολίν κοτε ἐληλαμένȣ· ταύτην ὡς ἰδεῖν τȣ̀ς Ἀθηναίȣς ἐξεργασμένην εὖ, τὴν πρότερον εἶναι κακήν τε καὶ τȣ̃ μηδενὸς ἀξίην, λαβεῖν φθόνον τε καὶ ἵμερον τῆς γῆς 31), καὶ ȣ̓́τω

31) Λαβεῖν φθόνον τε καὶ ἵμερον τῆς γῆς. Haec fortasse quisquam emendanda censuerit lectis his Platonis in Symposio XIX, 9: ἱμέρȣ, πόθȣ πατήρ, in quo toto loco vertendo non bene successit Stollbergio.

ἐξελαύνειν αὐτοὺς, οὐδεμίην ἄλλην πρόφασιν προϊσχομένους τοὺς Ἀθηναίους.

Ex Historiis haec esse desumta inde colligo, quod ἐν τοῖσι λόγοισι ea se legisse dicit Herodotus, qui suas ipse historias λόγους vocare consuevit. Caeterum hic ibidem, quoniam Athenienses ejiciendi caussam aliam redderent, eamque

Sed, ut nihil de eo dicam, quam diversus sit Agathonis oratoris sermo, Gorgiae exemplo vocabulorum similium copiâ gestientis, a simpliciore oratione historici: satis commendatur lectio vulgata cum rerum serie, ab Hecataeo traditarum, tum loco simillimo apud Antoninum Liberalem Cap. XXXVII, quem locum et ipsum conjeceris primitus fluxisse e scripto Hecataei, si conferas, quae proxime proferentur e Stephano Byzantino. Illa Antonini sic habent: Diomede mortuo Dorienses agros, a rege ipsis datos, colunt, et, ut qui essent operis rusticani periti, plurimum ex iis frugum percipiunt: Δαυνίου δὲ ἀποθανόντος ἐπεβούλευσαν Ἰλλυριοὶ βάρβαροι κατὰ φθόνον αὐτῶν τῆς γῆς κ.τ.λ. Quo loco, ut et altero Scholiastae Apollonii I, 186, commode usus est doctus Verheyk, quo tolleret mendum ex eodem Antonino Pag. 196 in rebus Mileti, ubi ille φθόνον reposuit pro πόθον. Quod in hoc Hecataei fragmento est ἵμερος λαμβάνει, pro eo alias Herodotus et, cujus oratio in multis Herodoteae simillima est, Euripides: ἵμερος ἐπέρχεταί μοι vel με; quos locos collegit Valkenaer ad Herodot. Pag. 531, unde hunc scriptorem emendavit I, 30 Wyttenbachius in selectis historicor. Pag. 346.

justam, rem in medio relinquere maluit, quam certum, quod Hecataeus minus caute fecerat, de eâdem judicium pronuntiare.

Laudatur Historiarum liber primus a Stephano Byzantino in Οἴνη. 32) Οἴνη πόλις Ἄργους Ἑκαταῖος ἱστοριῶν πρώτῳ, quo ea conjectura firmari posse videtur, quâ suspicatus sum, ea, quae Antoninus Liberalis de his ipsis rebus refert, forte fluxisse ex Hecataeo. Tamen et Pherecydes haec eadem videtur tractasse, vid. editionem Sturzii Pag. 168.

32) Cujus urbis, nomen ab Oeneo eidem inditum varie scriptum legitur: Οἰνόη apud Apollodorum; Οἰνώη dicta est eadem ab Oro Grammatico. Fuerunt et aliae Oenoae, vid. Holstenium ad Stephan. l. l. et Heynium ad Apollodor. Pag. 54, unde et alia discas, quae huc faciant, et illud insuper: Oeneum fuisse in Tragicorum fabulis: Philoclis, Euripidis. Ex eodem fonte, quo Liberalis, etiam reliqui sua vineta irrigarunt, ut Scholiastes Homeri V, 412. Schol. Thucyd. I, 12, ne plures memorem. Erat praeterea maris Aegei insula, Οἰνόη dicta a vini copia, cui postea nomen fuit Sicenum, uti tradit apud Scholiast. Apollonii Lib. I. Xenagoras περὶ νήσων, qui liber hodieque latere dicitur in bibliothecâ Vaticanâ. — Locrorum quoque fuisse Οἰνόην didici ex nota mscr. Abrah. Gronovii ad margin. Scylacis Pag. 52, ubi is Tzetzam laudat in Schol. ad Hesiod. Pag. 3, col. 2 ed. Heinsii. Quod oppidum letale Hesiodo dicitur; ibi Διὸς νεμείου ἱρόν.

In iisdem historiis traditum fuit de rebus Thessalicis:

Apollonii Scholiastes ad I, 551 Minervae Itoniae nomen declarans et alia etyma affert, et hoc subjicit: potius sic dictam videri ab Apollonio:

ἀπὸ Θεσσαλικῆς Ἰτωνίας, περὶ ἧς Ἑκαταῖος μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱϛοριῶν.

Huc facit Stephani locus s. v. Ἴτων, qui in hac ipsâ re Hecataei Europam laudat, quam eandem excitat in Κράνων πόλις τῆς Θεσσαλίας.

Atque ille Scholiastes ad IV, 266 scriptorem nostrum advocat, libri tamen nomine omisso, in ipso nomine Thessaliae explicando:

Οἱ ἀπὸ Δευκαλίωνος τὸ γένος ἔχοντες ἐβασίλευον Θεσσαλίας, ὥς φησιν Ἑκαταῖος καὶ Ἡσίοδος. ἡ Θεσσαλία δὲ Πελασγία ἐκαλεῖτο ἀπὸ Πελασγȣ τȣ βασιλεύσαντος.

Haec illustrat Strabo V. Pag. 238. A, quem locum Siebelis interpretatus est in Commentar. Societ. philolog. Lipsiens. Vol. I. Partic. I. Pag. 64 seq.

Ad Thessaliam quoque referenda sunt haec apud Stephanum Byzantinum:

Φάλαννα πόλις Περῥαιβίας ἀπὸ Φαλάννης τῆς Τύρȣ θυγατρός. — Ἑκαταῖος ἱϛοριῶν α' Ἱππίαν αὐτὴν (urbem Phalannam ad Peneum prope

Tempe) καλεῖ καὶ Ἔφορος Φάλαννον αὐτὴν καλεῖ ἐν τῷ δ' 33)

Haec sola nunc in promtu sunt eorum fragmentorum, in quibus diserta Historiarum injicitur mentio. Unde, si de ejus libri universo argumento conjecturam capere liceat, hoc certe colligas, cum nihil eorum ad res exteras pertineat, illum forte totum versatum fuisse in rebus Graecis, quod jam observatum video a Sevinio.

---

Progredior ad Γενεαλογίας, quae uberiorem aliquanto disputandi suppeditabunt materiam. Quraum cujusmodi argumentum fuerit, conjicere licet cum ex loco Herodoti, tum ex rerum inde repetitarum, haud exiguâ copiâ.

33) In ejusdem Stephani fragmento Seguiriano ed. Tenull. Pag. 15 s. v. Δώτιον in rebus Thessalicis praeter Hesiodum, Sophoclem, Rhianum, Callimachum, Antimachum laudatur bis Pherecydes, altero quidem loco Φερεκίδας; lege Φερεκύδης. Quod ideo moneo, quia hos locos frustra quaesivi in diligentissimi ceteroquin Sturzii Pherecydeis. Dotii etiam in Apollodoro mentio, sed vestigia librariorum culpâ deleta vid. Heynii Observv. Pag. 236, adde Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Cerer. 25. Hesiodi locos ex Eoeis pleniores, quam ii in fragmentis exstant, adscripsit Heyne ad Apollod. III, 10, 3. Adde Interprett. ad Homer. Hymn. in Aesculap. v. c. Matthiae animadvers. Pag. 434. Stephani fragmentum in suam rem adhibuit Schellenberg ad Antimach. reliq. Pag. 80.

Atque ille Hecataeum facit Thebis Aegyptiis in templo Jovis γενεαλογήσαντα ἑωϋτὸν retulisse gentis suae prosapiam ad sextum decimum deum 34). Quo ex loco licet hoc minime effici queat, quod inde effici voluit Sevinius: neminem Graecorum non majorum suorum in familiae monumentis repositum servasse catalogum: tamen illud satis apparet celebriorum Graeciae hominum heroumque adeo in iisdem enumeratum exstitisse generis universi seriem. Neque tamen minus eaedem inservierunt retinendae memoriae rerum a viris primariis heroibusve gestarum. Quod satis perspicuum fit eo, quod unius Herculis tot facinora ex his Genealogiis commemorantur.

Neque enim dubito, quin Herculea omnia, quae passim apud scriptores ex Hecataeo narrantur, ad illud opus referenda sint. Quod si quaeris, cur ita statuam, facit hic locus Stephani Byzantini sub voce Ψωφὶς, ubi Hecataeus aperte de Hercule agit:

34) Herodot. II, 143. Qua in re Solonis philosophi exemplum secutus videri potest Hecataeus; certe eandem fere doctrinae suae fortunam apud sacerdotes Aegyptios habuit, vid. Platonis Timaeum Tom. III, Pag. 22. Bipont. — Caeterum fuit hoc in antiquissimorum historicorum more positum, ut genealogias conderent, memoranturque et Acusilai γενεαλογίαι et Pherecydes Lerius (non Syrius, quod satis probavit Sturz Pag. 64) saepiusdicitur ὁ γενεαλόγος.

Ἑκαταῖος γενεαλογιῶν δευτέρῳ. Κάπρος ἦν ἐν τῷ ὄρει καὶ Ψωφιδίους κακὰ πολλ᾽ ἔοργεν 35).

Alter locus, qui ad Herculis res pertinet, legitur in Laconicis Pausaniae Lib. III, Pag. 443. Explicatur fabula de Cerbero inferorum cane:

Ἑκαταῖος μὲν ὁ Μιλήσιος 36) λόγον εὗρεν εἰκότα, ὄφιν φήσας ἐπὶ Ταινάρῳ τραφῆναι δεινὸν, κληθῆναι δὲ

35) Agitur de apro Erymanthio. Erymanthus enim fluvius ab Arcadiae urbe Psophide modico intervallo aberat, vid. Pausan. Arcad. Pag. 419. Fac. adde Perizonium ad Aelian. V. H. III, 33, qui Aeliano recte restituit Ψωφιδίους ex Stephano, ad quem de hac re disputat Holstenius. Hecataei non oblitus est Heyne ad Apollodor. Pag. 146 ed. alterius, ubi Hercules jussus dicitur aprum Erymanthium, qui ab Erymantho monte (cf. Stephan. Byz. s. h. v.) loca vicina infestabat, interficere.

36) Additâ patriae notâ, quod eo valere potest, quo firmetur fides: esse haec de Hercule tradita antiquissimi illius λογογράφου. Neque tamen, etiam ubi illa patriae designatio absit conclamata res est. Prudentissimum enim illud G. J. Vossii de Hist. Gr. Pag. 440 judicium: „Quodsi jam olim Hecataeos istos non satis distinxere, quam id difficile hodie sit, omnes intelligent;" non eo pertinere potest, ut nihil in his firmi certique statuamus. Sunt enim in his multa, de quibus indoctum sit dubitare, ad quem Hecataeum, ea referenda sint, dummodo recte examinetur loci cujusque indoles, quod non raro neglexit Vossius ille, unde factum est, ut interdum nimium dubitare judicandus sit. — Illud Pausaniae

ἅδυ κύνα, ὅτι ἔδει τὸν δηχθέντα τεθνάναι παραυτίκα ὑπὸ τῦ ἰῦ καὶ τῦτον ἔφη τὸν ὄφιν ὑπὸ Ἡρακλέυς ἀχθῆναι παρ᾽ Εὐρυσθέα.

Arguunt haec scriptoris ingenium, judicium suum prudenter sejungentis a temeritate vulgi, nec infeliciter popularium fabulas ad eventorum priscorum historiaeque fidem revocare conantis. Neque tamen constitissse sibi ipse in his dijudicandis satis perspicuum est ex hoc loco Scholiastae Apollonii ad I, 256 de Phrixi ariete:

Ὅτι δὲ ἐλάλησεν ὁ κριὸς, καὶ Ἑκαταῖος φησίν.

Quod sane ei ignoscendum videtur hoc magis, quo difficilius fuisse putandum est, Graecis praecipue hominibus, memoriam priscam a poëtarum ludibriis vindicare et ad historiae severitatem traducere.

Idem Pausanias Hecataeum narrantem facit de Auge ab Hercule compressâ. Arcadica VIII, Pag. 358.

Ταύτῃ τῇ Αὔγῃ τῷ Ἑκαταίυ λόγῳ συνεγένετο Ἡρακλῆς, ὁπότε ἀφίκοιτο εἰς Τεγέαν· τέλος δέ καὶ ἐφωράθη τετοκυῖα ἐκ τῦ Ἡρακλέυς· καὶ αὐτὴν ὁ Ἀ-

ἅδυ κύνα lucem lucratur ex eruditâ summi Ruhnkenii disputatione de vi vocis κύων in his rebus adhibitae, vid. Epistol. crit. I, Pag. 93 seq. Nam ex Hecataei sententia iste serpens revera erat Plutonis minister. Quo sensu ἅδης vetustioribus usurpatus fuerit, explicuit J. H. Voſs in den mytholog. Briefen II, 153.

λεὸς ἐσθέμενος ὁμȣ͂ τῷ παιδὶ ἐς λάρνακα ἀφίησιν ἐς θάλασσαν· καὶ ἡ μὲν ἀφίκετο ἐς Τεύθραντα δυνάστην ἄνδρα ἐν Καΐκȣ πεδίῳ, καὶ συνῴκησεν ἐρασθέντι τῷ Τεύθραντι.

Et rursus Cap. 47, Pag. 495, ubi agitur de fonte ad fanum Minervae Aleae:

Ἔςι δὲ ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον τȣ͂ ναȣ͂ κρήνη. Καὶ ἐπὶ ταύτῃ βιασθῆναι τῇ κρήνῃ φασὶν Αὔγην ὑπὸ Ἡρακλέȣς, ȣ̓χ ὁμολογȣ͂ντες Ἑκαταίῳ τὰ ἐς αὐτήν 37).

Ad res Herculis igiturque γενεαλογίας pertinet illud quoque Aeliani in Historia Animalium IX, 23:

Τὴν μὲν ὕδραν τὴν Λερναίαν, τὸν ἄθλον τὸν Ἡράκλειον, ᾀδέτωσαν ποιηταὶ καὶ μύθων ἀρχαίων συνθέται; ὧνπερ (sic Schneiderus e cod. Me-

37) Hoc posteriore loco Amasaeus primus textui induxit Αὔγην, cum antea ibi quoque legeretur αὐτὴν. De aliis, qui hanc fabulam diversimode tradiderunt vid. Heynii Observv. ad Apollodor. Pag. 189 ed. alter. adde Wesseling ad Diodor. Sic. IV, 33. Ex cujus nota didici Euripidem in Auge Hecataei, ab aliis dissentientis, vestigia legisse, unde si qua esse possit, eximitur dubitatio quin haec Milesii habenda sint. Locus Euripideus ex Auge exstat apud Strabonem Pag. 915, qui parum fidei habet narrationi mythicae, quam equidem alias in exemplis posui mythorum ab artium operibus profectorum. In Strabonis textu commissum est, legendumque φωράσαντος pro φωράσαντες.

diceo et Gesneri conjecturâ) ἐν καὶ Ἑκαταῖος ὁ λογοποιός ἐϛιν.

E quibus satis constat haec attigisse Hecataeum, non item, quam ille in hac fabulâ, ab aliis aliter traditâ, sententiam secutus sit 38).

Arriani Expedit. Alexandri II, 16: 39) Γηρυόνην δὲ, ἐφ' ὅντινα ὁ Ἀργεῖος Ἡρακλῆς ἐϛάλη πρὸς

38) Pisandri Camirensis (de quo poëta Heynius egit ad Virgil. Vol. II, Pag 233) sententiam Pausanias refert Corinth. 321. Reliquorum poëtarum opiniones explicant interpretes Graeci ad Hesiodi Theogon. Pag. 257 ed. Heinsii.

39) De ejus loci lectione et explicatione vid. Schmiederi notam Pag. 122. Arriano de utroque Hercule disputanti assentitur Appianus Hispan. Lib. VI, Cap. 2, ubi consulenda Schweighäuseri animadversio Pag. 203 seq. De mythi diversitate apud diversos vid. Heynii Obss. ad Apollodor. Pag. 158. Illius famae, quam Hecataeus secutus est, etiam in Scylacis Periplo Pag. 23 ed. Gronov. memoria superest. Ad marginem ejus loci misere depravati, nec conjunctis Isaaci Vossii, Palmerii aliorumque studiis restituti, Abrah. Gronovius hanc conjecturam adscripsit ut legatur: Παραυΐας pro Καρίας, laudato loco Arriani Exped. Alex. I, 7 6, ubi tamen nunc legitur Παραυαίας, de qua terra nuper copiosius egit Barbié Du Bocage in chorographiâ Epiri vid. v. Zach geograph. Ephemeriden Tom. XIV. Part. 4, Pag. 429. Idem Gronovius praeterea adscripsit haec: „Aristoteles θαυμας. ακουσμ. 710 (vid. nunc Pag. 284 ed. Beckmanni) videtur hunc

Εὐρυσθέως, τὰς βȣ̃ς ἀπελάσαι τὰς Γηρυόνȣ, καὶ ἀγαγεῖν ἐς Μυκήνας, ȣ̓δέν τι προσήκειν τῇ γῇ τῶν Ἰβήρων, Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς λέγει. ȣ̓δὲ ἐπὶ νῆσον τινὰ Ἐρύθειαν ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης ςαλῆναι Ἡρακλέα· ἀλλὰ τῆς ἠπείρȣ τῆς περὶ Ἀμβρακίαν τε καὶ Ἀμφιλόχȣς βασιλέα γενέσθαι Γηρυόνην, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρȣ ταύτης ἀπελάσαι Ἡρακλέα τὰς βȣ̃ς, ȣ̓δὲ τȣ̃τον φαῦ-

(Scylacis) locum notare ἐν Ἰλλυριοῖς τίκτειν τὰ βοσκήματα δὶς τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃, quem sane non cogitavit Hecataeus. Illam opinionem de Geryonis armentis ex Acarnaniâ abactis stabilire studet ejusdem libri auctor qui vulgo dicitur Aristoteles loco altero Cap. 145, Pag. 295 s. ed. Beckmanni, ubi Niclas diversas recentiorum, ut Isaaci Vossii, Salmasii de eadem re opiniones enumerat. Praeter poëtas qui Herculem ad ultimas oras profectum finxerunt, (vid. Strabon. Pag. 224 Almel;) plurimi alii scriptores in his Pherecydes, vid. ed. Sturzii Pag. 71. 109 et Hellanicus hanc rem tradiderunt. Ille quidem poculo Herculem in Erythiam transvectum fecerat. Hecataei diversam sententiam in suam rem adhibuit Bochart Can. Lib. I, Cap. 34, quem impugnare aggressus est Clericus ad Hesiodi Theogon. 290. Erythiam insulam, de quâ Niclas et Sturz l. l. ex solis occidentis radiis nomen invenisse suspicatus est J. H. Voſs Weltkunde der Alt. Pag. XXI, qui de his oris, quatenus eae Graecis veteribus innotuerint, dignissima profert, quae cognoscantur ab antiquitatis studiosis. — De Argis Amphilochiis (Acarnaniae) vid. Thucyd. II, 68 ibiq. Schol. Apollodor. III, 7, 4, ibiq. Heynii notas.

λον ἆθλον τιθέμενον. Nolo equidem immorari ejus fabulae varietati, quae cogitari vix major potest. Hoc unum commemorabo, conjunctum cum nostro instituto: quantopere in his a Graecorum communi judicio abierit historicus noster, illud cognosci ex solo Herodoto. 40)

Epiri finitimarumque regionum in eadem Herculis expeditione fit etiam apud Diodorum Siculum mentio, qui, nescio quo auctore, eum, cum Adriae oram circuiisset, per Epirum in Peloponnesum rediisse facit. Nicander vero in Alteratis et Athanadas in Ambracicis tradiderunt eundem eodem itinere, devictis Sellis 41) aliisque populis, Ambraciam subegisse totamque Epirum.

40) IV, 8. cujus loci lectionem restituerunt doctissimi duumviri Wesseling et Valkenaer. Interpretationem nuper utilissime adjuvit Larcherius ad Lib. II, Cap. 33.

41) vid. Antonin Liberal. Cap. IV. Sellos textui restituit magnus Hemsterhusius vid. Verheykii Not. Pag. 27. De hoc populo cf., praeter ea, quae idem hic attulit, Schol. vet ad Sophocl. Trachin. vers. 1164 et praecipue Heynii disputata (Observatt. ad Homer. Vol. VII, Pag. 182 et 189.) Reliqua in hoc loco Antonini de Geryonis armentis obvia attigit nuper Bast in lettre critique Pag. 78. — Haec Hecataei de Hercule referri posse ad res Acarnanicas ex his patet, quae modo posuimus. Ad eas oras pertinentia multa proferuntur, quae, ut infra videbimus, in Milesii nostri Ge-

In Herculis parergis memoratur capta Oechalia Euboeae 42) ductaque in matrimonium Jole. Unde haud vana suspicio videtur illa: huc trahendum esse quod legitur apud Pausaniam in Messenicis IV, 2:

Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Σκίω 43) μοῖραν τῆς Ἐρετρικῆς ἔγραψεν εἶναι Οἰχαλίαν.

Nisi forte putandus sit haec attigisse in Εὐρώπῃ.

nealogiis tradita fuisse credibile est. Quod eo magis teneri velim, quo facilius forte dubitatio quaedam suboriri queat, anne haec ipsa de itinere ad Geryonem tradiderit Abderites in rebus Hyperboreorum, cum nonnulli fuisse viderentur, qui Herculem narrarent ex Erythia redeuntem adiisse Hyperboreos vid. Herodoti l. l. Laudatur denique Hecataei Europa in notitiâ locorum ad columnas Herculeas adjacentium v. c. apud Stephanum B. s. v. Μαστιανοὶ (sive Μαστιηνοὶ vid. Holstenium. adde Stephanum s. v. Ἰβηρίαι.)

42) Nam plures fuerunt Oechaliae, vid. Strabon. X, Pag. 688. A. Almel. Euboicum everterat Hercules. — Etiam in Pherecydeis rerum ab Hercule circa Oechaliam gestarum vestigia supersunt vid. ed. Sturzii Pag. 186.

43) Latuit Facium, qui locum corruptum esse videret, conjectura Sevinii in Memoir. de l'acad. des Inscript. VI, Pag. 480, qui legendum censet ἐν Αἰολικῇ; et memorantur scriptoris nostri Αἰολικά. Vehementer enim fallitur idem vir doctus, cum dicit

Exstat in Longino (Sect. 27, Pag. 100 ed. Toup.) luculentum Hecataei fragmentum, quod in exemplis ponitur orationis a narratione continuo deflectentis ad alloquium: — ὡς καὶ παρὰ τῷ Ἑκαταίῳ·

Κῆυξ δὲ ταῦτα δεινὰ ποιεύμενος, αὐτίκα ἐκέλευε τοὺς Ἡρακλείδας ἐκχωρεῖν. Οὐ γὰρ ὑμῖν δυνατός εἰμι ἀρήγειν· ὡς μὴ ὦν αὐτοί τε ἀπόλησθε, κἀμὲ τρώσητε, ἐς ἄλλον τινὰ δῆμον ἀποίχεσθε.

Qui locus cujus Hecataei sit dubium esse nequit ei, qui et sermonis vetusti indolem et Jonicum charactera intellexerit, et vero consuetudinem Longini neminem facile recentiorem advocare soliti. Facit ad hujus fragmenti argumentum Apollodorus 44), qui Heraclidas, simulatque ad

unum tantum *Αἰολικὸν* Hecataei laudari. Facius conjicit: *ἐν Σκίῳ, μοίρᾳ*. Sed illud ipsum quid sit *ἐν Σκίῳ* ambigitur. Neque tamen ipse habeo, quod reponam perbabilius. Nec illa integra judicant viri docti, quae his proxime antecedunt. *Κρεώφυλος ἐν Ἡρακλείᾳ*, quibus medicinam parare studuit Bentley in epistola ad Millium Pag. 504 ed. Lips. Quod et ipsum latuit novissimum Pausaniae editorem, qui potius auctoritatem Menagii ad Laërt. VIII, 2 sequendam duxit. Fortasse omnino nihil censuisset mutandum si legisset, quae disputavere Fabricius et Harlesius viri doctissimi in Bibliotheca graeca. Vol. I, Pag. 17. De Creophylo cf. insuper Jakobsii animadverss. ad Anthologiam Graec. Vol. I, Part II, Pag. 286.

44) Bibliothec. II, Cap. 8 init. cf. Heynii Observv. Pag. 202. Equidem, cum Apollodorus eam rem

deos concesserit Hercules, Euristhea fugientes ad Ceycem, Trachinis regem venisse, indeque Eurystheo Ceyci bellum intendente, nisi ipsos traderet, rursus excessisse commemorat.

---

A rebus Herculis et Heraclidarum proclivis transitus est ad Aeolicas, quibuscum illas quodam vinculo junctas fuisse neminen fugit, qui hoc tenuerit: Ceyci nupsisse Halcyonen Aeoli filiam. Hecataei Αἰολικὰ 45) memoran-

brevissime narrarit, non ausim contendere Heraclidas ab eo tradi sponte secessisse. Eandem historiam, praeter Hecataeum, attigere Pherecydes vid. ejus reliquias Pag, 196 Sturzii, Ephorus, etiam Duris Samius, ut patet ex Scholio in Platonem ed. Ruhnkenii Pag. 134, de quo loco idem egit ad Timaeum Pag. 91, ubi in eandem rem advocatur Hemsterhusius ad Aristoph. Plutum, Pag. 113. — Idem Ceyx antea ipsum Herculem exceperat vid. Apollodorum Pag. 218. Eodem pertinet Athenaei locus V, Pag. 209, quem ex codice restituit Schweighaeuser in Animadversionibus Pag. 24. Carmen Bacchylidis, quod ibi laudatur, tractavit Jacobs Antholog. Vol. I, Part. I. Pag. 286. — Quem supra de Heraclidarum fugâ egisse diximus Pherecydem, eum Antoninus Liberalis exscripsit Cap. XXXIII. Cujus narrationis initium male habitum a librariis feliciter emendavit Bastius in lettre critique Pag. 150.

45) Fuerunt etiam Hellanici Αἰολικὰ, quorum partem fuisse Λεσβικὰ ad illius fragmenta suspi-

tur a Stephano Byzantio duobus locis: s. v. Ἀμαζόνειον et s. Μελήτου κόλπος. Ac de illo quidem infra videbimus. Alter sic habet:

Μελήτου κόλπος, ὃς Σμυρναῖος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Μελήτου ποταμοῦ, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Αἰολικοῖς.

In Stephani Indice, inserto Bibliothecae Fabricii, rursus vitiose scriptum legitur Μιλήτου κόλπος.

Pertinent haec ad Joniam et finitima; unde forte conjicere liceat, tradidisse in his Hecataeum de deductis in Asiam minorem Graecorum coloniis, quod item ab Hellanico in Aeolicis factum fuisse intelleximus. Universe vero videntur his ipsis libris Aeoli posterorum res explicitae fuisse.

In illis numerandus est Endymion Aethlio natus et Calyce Aeoli filiâ. Quae res me in eam adducit sententiam, ut Strabonis locum XIV, Pag. 942, qui descriptionem Mileti excipit, in qua idem Hecataei nostri mentionem fecerat, ad hujus Αἰολικὰ referendum esse censeam. Agit ibi Geographus de sinu Latmico, ad quem situm erat oppidum, quod et ipsum Latmi nomen invenerat ab imminente monte sic appellato. Tam pergit ita:

catur Sturzius Pag. 46. Nec minus Aeolicae stirpis fabulas multas Pherecydes exposuerat, in quibus ea sunt, quae Tragicis quoque poëtis largam fingendi praebuerunt materiam, vid. Sturzii Pherecydea Pag. 170.

"Οπερ (ὄρος, Latmus mons) Ἑκαταῖος μὲν ἐμφαίνει τὸ αὐτὸ εἶναι νομίζων τῷ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ Φθειρῶν ὄρει λεγομένῳ, (ὑπὲρ γὰρ τῆς Λάτμου, φησὶ, τὸ Φθειρῶν ὄρος κεῖσθαι) τινὲς δὲ τὸ Γρίον φασὶν, ὡς ἂν παράλληλον τῷ Λάτμῳ, ἀνῆκον ἀπὸ τῆς Μιλησίας πρὸς ἕω, διὰ τῆς Καρίας μέχρι Εὐρώμου, καὶ Χαλκητόρων· ὑπερκεῖται δὲ ταύτης ἐν ὕψει. Μικρὸν δ᾽ ἄπωθεν διαβάντι πρὸς τῷ Λάτμῳ ποταμίσκον, δείκνυται τάφος Ἐνδυμίωνος ἔν τινι σπηλαίῳ. 46)

46) Potuerunt tamen eadem fluxisse ex περιηγήσει, nam, qui hanc fabulam copiosissime explicat, Scholiastes Apollonii IV, 57 (quem exscripsere interpretes graeci ad Aristoph. Nub. 397) cum Hesiodum, Pisandrum, Acusilaum, Pherecydem hanc in rem advocet, de Hecataeo nostro nihil. Neque Scholiastes Theocriti III, 49 ipsius mentionem facit, sicuti nec Pausanias Lib. V, 1, neque Conon Narrat. 14. Acusilai Pherecydisque fragmenta huc pertinentia collegit Sturz. Pag. 166 et 236. Hanc dulcissimam fabulam repraesentant non solum egregia artis antiquae opera, (in quibus, praeter cetera, sunt duo anaglypha, quae nuper exhibuit Hirt in dem Bilderb. für Mytholog. Archaeol. und Kunst. Partic. I, Tab. V, 8, et Pag. 41, quorum alterum desumtum est e sarcophago Capitolino) sed nec minus poëtae in eâdem narrandâ elaborarunt. Antiquissima ratio videtur fuisse Hesiodi, vid. Ruhnkenii Epistol. crit. I, Pag. 114. Qui locus repetitus est ex ejus fragmentis.

Endymionis ex Naide nymphâ filius fuit Aetolus a quo longa posterorum prosapia; ab eo-

Vides hanc fabulam ab Hesiodo ad mortis arbitrium traductam, unde et illud videtur posse intelligi cur illam in sarcophagis exhibuerint prisci artifices. Admonet hoc narrationis Herodoteae I, 31, quâ ea res illustratur, de Argivis adolescentibus, qui a Junone leniter consopiti obiisse dicuntur, quia mater oraverat, ut Dea ipsis largiretur, quod felicissimum contingeret mortalibus. Quem locum ideo profero, ut inde emendem Stobaeum sermone CXIX, Pag. 601, ed. Gesner, ubi eadem res narratur: τῆς μητρὸς αὐτῶν δεξαμένης τῇ Ἥρᾳ. Lege εὐξαμένης ex Herodoto: ἡ δὲ μήτηρ — εὔχετο. E poëtarum mortis felicitatem depraedicantium locis, quos plurimos Stobaeus adtulit, maxime memorabilis est Euripideus e Cresphonte (vid. nunc Euripid. Fragment. Pag. 436, ed. Beckii) quem latinum fecit Cicero Tuscul. Disput. I, 48, ubi codex Norimbergensis, plane distingerit sicuti F. A. Wolfius aliique distinguendum esse viderunt: Nam nos decebat coetus celebrantis domum lugere ubi esset aliquis in lucem editus reliq. omisso commate, post domum. Philosophorum disputationibus de eadem re, quas idem Stobaeus collectas praestat, addi potest locus philosophi sectae Platonicae recentioris, qui, sicut reliqui ejus disciplinae sectatores, multus est in mortis laude praedicandâ, Plotini, vid. Ennead. I, 7, 3. Quem ego scriptorem codicis Augustani aliorumque, nec minus reliquorum subsidiorum ope emendare, notisque criticis subjectis in lucem edere

demque Aetolia terra dicta, vid. Ephorus apud Strabonem Pag. 547 dissentiens ab Apollodoro in nonnullis.

cogito, si doctis viris probari videro, quae nuper in eundem commentatus sum. — Ipſam Endymionis fabulam nonnulli philosophi adhibuerunt illustrandae felicitati mortis. Huc pertinet locus Ciceronis ex eodem libro Tusculanarum (I, 37), quem ita exhibet Codex mscr. Norimbergensis: Endymion, si fabulas audire volumus nescio quando in latio obdormit qui est mons Carie nondum opinor est experrectus. In quo equidem non moror ea, quae unicuique per se patent, ut istud: in latio, pro Latmo: illud observari velim, eum codicem nequaquam favere conjecturae nonnullorum criticorum, qui illa: qui est mons Cariae pro scholio habent grammatici. Melius, me judice, Davisius haec eadem Ciceronis esse contendit, laudato loco altero, in quo similis geographica notitia apparet: I, 39. Apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit. Nec haec desunt in quoquam codice. Norimbergensis tamen, ut hoc delibem, perperam scriptum habet: Hippanum. In ejusdem fluvii nomine vitium abstersit Bast in lettre crit. Pag. 20, recte reponere jubens Ὕπανιν pro Ὑπάνην in Anonymii Periplo Ponti Euxini Pag. 8, ubi idem vir doctus scholion protulit, adscriptum margini Codicis Palatini, quem ille utiliter denuo contulit. Qui liber olim Heidelbergae adservatus (vid. Frider. Sylburgii catalogum Librorum manuscriptorum Graecorum, in Bibliotheca Palatina Electorali confectum in Miegii Monumentis pietatis Part. I, Pag. 124, Nr. 398) inde

Jam ex Hecataeo Milesio tot res Aetolicae apud veteres commemorantur, ut nisi ea, quae antea disputavi, contrarium suaderent 47)

Romam translatus, nunc Parisiis est. — Physici denique eandem fabulam de Endymione in suam rem adhibuerunt. Ab his enim ille credebatur primus astrorum naturam observasse vid. Scholiast. Apollon. l l. Hanc rationem astronomicam placuisse video Plinio H. N. II, 9.

Illuc revertar: Strabo l. l. docet, illud oppidum, cui prius Latmi nomen fuit, postea dictum esse Heracleam. Hoc nominis jam apparet in Scylacis Periplo Pag. 91. Quod si certo constaret quo tempore ea urbs nomen mutaverit, hic locus in iis habendus esset, e quibus Scylacis aetas aliquanto accuratius definiri posset. De quo scriptore plurimae sunt plurimorum sententiae, quas h. l. referre non attinet. Hoc solum monebo, illum a Sanctocrucio Examen critiq. des Histor. d'Alexandr. Pag. 730 pro eodem haberi, cujus Herodotus IV, 44 mentionem injiciat. Jacobi Gronovii quae sententia fuerit, nemo nescit qui tractarit ejus Geographica antiqua. Ejus libri exemplo, quo ego utor, nonnulla adscripta apparent, quibus Abrah. Gronovius Scylaci vetustatem asserere studuit; v. c. Pag. 87 in initio loci de Lydia: Nota vetustatis, neque enim Mela Lydiam ad mare agnoscit, et Pag. 4. Non meminit Italiae, Roma adhuc parva, Volsci adhuc vigent, Samnites tenuerunt portum in mari infero, ut alia praetermittam.

47) Etiam illud admonet, ut nihil mutandum censeam, quod Calydon et Aetoliae pars olim Aeolis

in locis Stephani Byzantini legendum esse succurreret: Αἰτωλικοῖς pro Αἰολικοῖς, certe non mirarer, si olim apud quemquam scriptorem Αἰτωλικὰ Hecataei laudari vidissem.

Ad Aetolicas quidem res primum illud videtur pertinere, quod Strabo Lib. VIII, Pag. 524 disputat contra Hecataeum, qui Eleos diversos fecerat ab Epeis, unde acriter reprehenditur.

Ἑκαταῖος δ᾽ ὁ Μιλήσιος ἑτέρους λέγει τῶν Ἠλείων τοὺς Ἐπειούς· τῷ γοῦν Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι τοὺς Ἐπειοὺς ἐπὶ Αὐγείαν (Αὐγέαν, vid. Tzschuckium ad h. l.) καὶ συνανελεῖν αὐτῷ τόν τε Αὐγείαν καὶ τὴν Ἦλιν. Φησὶ δὲ καὶ τὴν Δύμην (al. Δύμαν) Ἐπειίδα καὶ Ἀχαιίδα. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ μὴ ὄντα λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι συγγραφεῖς, συντεθραμμένοι τῷ ψεύδει διὰ τῆς (al. τὰς) μυθογραφίας· διὰ δὲ τοῦτο καὶ οὐχ ὁμολογοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν αὐτῶν· οὐ μέντοι ἄπιστον, οὐδ᾽ εἴ ποτε τοῖς Ἠλείοις διάφοροι ὄντες οἱ Ἐπειοὶ καὶ ἑτεροεθνεῖς, εἰς ταυτὸ συνήρχοντο κατ᾽ ἐπικράτειαν, καὶ κοινὴν ἐνέμοντο πολιτείαν·

Etenim praeter Aetolum et Paeonem 48) fuit etiam Endymionis filius Epeus, is qui

dicta vid. Hesychium in Αἰολικὸν θέαμα. Itaque recte statuit Wesselingius in Herodoto VI, 127, ubi in aliis codicibus Αἰολίδος, in aliis Αἰτωλίδος legitur, utrumque posse pro bono putari.

48) Hunc Pausanias Eliac. (Libr. V) Pag. 5 Fac. narrat, fortasse ex ipso Hecataeo, aegre ferentem se a fratre Epeo victum cursus certamine, quod

Elidem obtinuit et a quo Epéi dicti. Quocirca equidem haec retulerim ad scriptoris nostri Αἰολικὰ, neque tamen pro certo posuerim, quo-

de imperio Endymion filiis proposuisset, longe a patriâ peregre profectum, super Axio flumine constitisse, eamque terram de suo nomine appellasse Paeoniam.

Ac de Paeonibus est Hecataei Milesii locus apud Athenaeum Lib. X, Cap. 67, Pag. 447 Casaub. Pag. 139 Schweigh.

Ἑκαταῖος ἐν τῇ τῆς Εὐρώπης περιόδῳ Παίονας φησὶ, πίνειν βρῦτον, ἀπὸ τῶν κριθῶν, καὶ παραβίην ἀπὸ κέγχρου καὶ κονύζης. (κόνυζαν mscr. vid. Schweighaeuserum ad h. l. Tom. V, Pag. 310) Ἀλείφονται δὲ φησὶν ἐλαίῳ ἀπὸ γάλακτος.

Athenaei verba his praemissa de Aegyptiorum potione supra adscripsimus ad Aegyptiaca. Hunc locum, praeter ceteros, adhibuit Reinesius in Var. Lectt. Lib. III, 9, Pag. 484, vidicandae lectioni Ulpiani Lib. XXIII ad Sabin. in L. 8, plura disputans de barbarorum potionibus. — Κέγχρου (milii) mentio admonet loci Ciceroniani de Nat. D. II. 52 variis conjecturis tentati: „Indus vero — magnam vim seminum secum frumenti similium dicitur deportare" Mihi in mentem venerat pro similium. quod molestum est, reponere: sesamum, milium; nam et Theophrastus Hist. plant. VIII jungit κέγχρον et σήσαμον, et Plinius H. N. XVIII, 22 Aestiva, ait, frumenta diximus sesamum milium. Sesama ab Indis venit. Nunc nihil mutandum esse arbitror, adductus loco Strabonis Lib. XV, Pag. 1017, qui Aristobuli fide narrat: nasci in India σῖτον αὐτοφυῆ πυρῷ παραπλήσιον; adde Theophrast.

niam in Strabonis loco, Hecataeus Epeos facit Herculi auxilio fuisse adversus Augeam, ut haec eadem rebus Herculis potuerint fuisse interposita.

Hist. plant. IV, 5 et Plinium, H. N. XVIII, 9. Unde satis patet solere veteres, cum de longinquarum terrarum fructibus loquantur, eorum similitudinem captare, quos ipsorum patria ex se gignat. Indidem vero apparet nec A. Manutium in h. l. audiendum esse nec Davisium. Qua de re dicam ad ipsum Ciceronem. Huc etiam facit locus Herodoteus III, 100 καὶ αὐτοῖσί (Indis) ἐςὶ (planta) ὅσον κέγχρος τὸ μέγαθος ἐν κάλυκι, ubi ipsum milium, similitudinis loco, adhibitum vides ad describendam plantam Indicam. Eâdem similitudine utitur rursus idem scriptor II, 93 in declarandâ piscium Aegyptiorum fertilitate, quo in loco optime emendavit doctissimus Coray κατὰ λόγον τῶν κέγχρων.

Ut redeam unde digressus sum, de his Hecataei Paeonibus malim equidem quaerere, quod Darium regem Herodotus V. 13 de universis quaerentem facit: τίνες δὲ οἱ Παίονες ἄνθρωποί εισι, καὶ κῦ γῆς οἰκημένοι; quam audacter quidquam decernere. Etenim jam ab Homero diversi generis Paeones memorantur, judice Heynio Observv. ad Iliad. II, 848. Et in multas gentes divisus fuit ille populus, vid. Thucydidem Lib. II, 96 in accuratissimâ illâ disputatione de ejus terrae populis, qua diligentissimus scriptor videtur notare voluisse nonnullos antiquiorum, ut Hecataei, Herodotique errores. Ac de illa Herodoti Thucydidisque Thraciâ est egregia commentatio Gatteri, inserta Commentatt. Soc. sc. Gotting. Vol. VI.

In Aetolicis, crediderim, rebus quoque Oenei et iis locum fuisse, quae traduntur de invento vino. Qua de re locum Hecataei Milesii memorabilem servavit Athenaeus. Qui postquam Nicandri versus et Melanippidis in medium protulit de Oeneo vini auctore, sic pergit Epitom. II, Pag. 133.

Ἑκαταῖος δ' ὁ Μιλήσιος τὴν ἄμπελον ἐν Αἰτωλίᾳ λέγων εὑρεθῆναι, φησὶ καὶ τάδε· Ὀρεσθεὺς ὁ Δευκαλίωνος ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν ἐπὶ βασιλείᾳ; καὶ κύων αὐτῷ ϛέλεχος ἔτεκε· καὶ ὃς ἐκέλευσεν αὐτὸ κατορυχθῆναι, καὶ ἐξ αὐτȣ ἔφυ ἄμπελος πολυστάφυλος. διὸ καὶ τὸν αὐτȣ παῖδα Φύτιον ἐκάλεσε. τȣτȣ δ' Οἰνεὺς ἐγένετο; κληθεὶς ἀπὸ τῶν ἀμπέλων· οἱ γὰρ παλαιοὶ, φησὶν, Ἕλληνες οἴνας ἐκάλȣν τὰς ἀμπέλȣς. Οἰνέως δ' ἐγένετο Αἰτωλός.

Gemina his leguntur in Pausaniae Phocicis X, 38, Pag. 299. In Athenaei loco plura se offerunt, dignissima, quae teneantur. Primum recte dubitat doctissimus Schweighaeuser Pag. 253 utrum et illa οἱ δὲ — φησὶν (quod posterius abest ab uno codice) Hecataei habenda sint, an Athenaei. 49) Equidem illius cre-

49) De hujus loci lectione et interpretatione nolo ea repetere, quae Schweighaeuserus monuit. Illud unum commemorabo: Casaubonum legendum jussisse Λυκάωνος pro Δευκαλίωνος, recte refragante novissimo Athenaei editore. Hoc tamen admonet alterius loci, de Lycaone, quem Natalis Comes Mytholog. IX, 9, dicit ex Hecataei γενεαλογιῶν δευ-

diderim, tum quod et alias vidimus eum λογογράφον captare etymologias, tum quod hoc loco Oenei filius dicitur Aetolus, quem alii Endy-

τέρῳ excerptum; neque tamen addit, unde eum hauserit. Quae ipsa tamen ab eo e Scholiaste Lycophronis 481 compilata suspicatur Heynius ad Apollodor. Pag. 263, docens non Hecataeum ibidem nominari, sed Apollodorum, Comitemque similium fraudum multarum reum agens.

Arcadicas vero res in historici nostri Genealogiis traditas fuisse, cum ea docent, quae supra in Herculeis e Pausaniâ protulimus, tum Athenaei quoque declarat locus IV, Pag. 81:

Ἀρκαδικὸν δὲ δεῖπνον διαγράφων ὁ Μιλήσιος Ἑκαταῖος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Γενεαλογιῶν, μάζας φησὶν εἶναι καὶ ὕεια κρέα.

Illuc reverto: Locrorum Ozolarum, Aetoliae finitimorum rex erat in Athenaei Epitome memoratus Orestheus. Ex περιόδῳ haec Locrensia excitat Stephanus Byzantinus s. v. Χάλαιον.

Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ Μετὰ δε Λοκροὶ, ἐν δὲ Χάλαιον πόλις, ἐν δὲ Οἰάνθη.

Ita haec ex altero Stephani loco emendavit Holstenius P. 351. Alter est in Οἰάνθη, ubi eadem Hecataei verba laudantur, sed ex Ἀσίᾳ, quod mireris, nisi dicas in utroque scripto de his fuisse traditum. De Οἰάνθη cf. Is. Vossium ad Melam Pag. 713. Eandem urbem Οἰάνθειαν dictam esse ab Hellanico Stephanus monet. Hoc secutus est Pausanias, cujus locum non neglexit diligentissimus Sturzius ad Hellanici Frag-

mionis filium fecerunt. 50) Atqui e loco Strabonis, proxime laudato, apparet Hecataeum in his frequenter diversa amplexum esse a reliquis scriptoribus. Quid? hoc ipso loco Phytii filium facit Oeneum, quem alii Porthaonis dixere sive Porthei; vid. Antonin. Liberal. Cap. II ibiq. Verheykium, Apollodorum Pag. 51 ibiq. Heynium et Pherecydea Sturzii Pag. 169. Ipsam vitem Bacchi donum, Oeneo datum, tradiderunt alii.

Jam vero hunc Athenaei locum e Genealogiis exscriptum esse conjicit Schweighaeuser. Cui rationi obstat illud, quod Stephanus Byzantius ἱϛορίας excitat in Οἴνη, quae urbs

menta Pag. 135. In Periplo Scylacis eadem dicitur Εὔανθις, quod tamen corrigendum censuit Palmerius. Loca finitima attingentur ad Charonis Fragmentum de Naupactiis carminibus. — Illud ἐν δὲ, Herodoto quoque peculiare, illustravit ad hunc (I, 18) Wesselingius, adde Gesnerum ad Orphei Argon. vers. 153, Ruhnkenium Epist. crit. Pag. 236, Fr. A. Wolfium ad Reizii libellum de Prosodiae Graec. accent. inclin. Pag. 38.

50) Vid. quae antea posuimus ex Apollodoro, cujus mythographi ordinem equidem in his Aeolicis Aetolicisque disponendis secutus sum, ut haberem quendam ductum rei naturalem, secundum quem haec sejuncta per se contexta exhiberentur. Hoc in caussâ fuit, cur supra res Aetolicas subjecerim fragmento de Endymione.

ab Oeneo nomen invenit.[51] Equidem cum supra posuerim haec ad Αἰτωλικὰ pertinere, tantum abest ut pro certo pronuntiem: exstitisse Hecataei scriptum aliquod peculiare, quod Αἰτωλικὰ inscriberetur; ut et illud in medio relinquendum arbitrer, utrum ea ipsa, quae dicuntur Αἰολικὰ, non potius habenda sint pro parte vel Genealogiarum vel etiam Historiarum, donec decernendi caussam idoneam suppeditaverit veteris cujusdam scriptoris locus quispiam; licet quae passim apud scriptores Aeolicae res Aetolicaeque ex Genealogiis Historiisque afferuntur, hanc vim habere videantur, ut Αἰολικὰ vel Genealogiis vel Historiis intexta fuisse suspiceris. Etiam hoc proclive est conjicere: fuisse Genealogias in limine Historiarum positas; unoque utrumque opus corpore conjunctum.

Aetoliae finitimarum: Acarnaniae Epirique in Herculis rebus mentio facta, ut supra docuimus. Huc etiam pertinent nonnulla alia, quae singula ad diversos Historici nostri libros referenda sunt. Stephanus, ut hoc utar, Byzantius Acarnaniae urbem ex Hecataeo adfert:

51) Cf. supra Not. 32. Idem vir doctus Nicandri versum de Oeneo ex illius Georgicis desumtum opinatur: potuit etiam ex ejus Αἰτωλικοῖς, potuit ex ἑτεροιουμένων libris, quos quidem Antoninus Liberalis laudat Capite 2 et Cap. 37 in Oenei posterorum rebus.

Λίξεια πόλις Ἀκαρνανίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ, ἀπὸ Λύξεός τινος, ad quem locum cf. Holstenius.

Adde Strabon. VI, Pag. 417, coll. VII, Pag. 486, in ea disputatione, quae est de amnibus, perperam creditis sub terram labi, indeque longinquo intervallo rursus erumpere.

Βελτίων δ' Ἑκαταῖος, ὅς φησὶ τὸν ἐν τοῖς Ἀμφιλόχοις Ἴναχον, ἐκ τοῦ Λακμοῦ ῥέοντα, ἐξ οὗ καὶ ὁ Αἴας ῥεῖ, ἕτερον εἶναι τοῦ Ἀργολικοῦ, ὠνομάσθαι δ' ὑπὸ Ἀμφιλόχου, τοῦ καὶ τὴν πόλιν Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντος· τοῦτον μὲν οὕτω φησὶν εἰς τὸν Ἀχελῶον ἐκβάλλειν, τὸν δὲ Αἴαντα εἰς Ἀπολλωνίαν πρὸς τὴν δύσιν ῥεῖν.

Τὸν δὲ Ἄωον Αἴαντα [52] καλεῖ Ἑκαταῖος, καὶ φησὶν, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τόπου, τοῦ περὶ Λάκμον, μᾶλ-

52) Ad Illyriam referendus hic fluvius, vid. Scylacis Peripl. in Gronov. Geogr. Antiq. P. 21, ubi Is. Vossius vitiosum Δίας emendavit. E nota Abrah. Gronovii, ejus libri margini adscripta, intellexi illius etiam in Cononis Narrat. 30 mentionem fieri. E quo loco maculam abstersit Heynius, vid. ed. Kannii Pag. 177. Cononi dicitur Ἄῳος, Polybio V, 110 Λῷος, ubi tamen Casaubonus emendandum censuit Ἄῳον, adsentiente Schweighaeusero Vol. VI, Pag. 299. De Lacmo monte, uti etiam de Aoo fluvio et Inacho, egit nuper Barbié du Bocage in ea commentatione, quam supra laudavi, vid. v. Zach geogr. Ephemeriden Tom. XIV, Part. 4, Pag. 418.

λον δὲ τȣ̃ αὐτȣ̃ μυχȣ̃, τὸν τε Ἴναχον ῥεῖν εἰς Ἄργος πρὸς νότον, καὶ τὸν Αἴαντα πρὸς ἑσπέραν εἰς τὸν Ἀδρίαν. (Sic Casaubon. ex conjecturâ. Antea legebatur πρὸς, vid. var. lect. in edit. Tzschuckii.) Priore loco Hecataei probatur judicium, qui Inachum, Amphilochorum fluvium, diversum tradiderit ab Inacho Argolico (Peloponnesi), secus quam Sophocles finxerit.

Caeterum ad quod scriptum haec referenda sint, non magis decreverim, quam quo illud pertineat, quod legitur in Aeliani Hist. Animalium XIII, 22:

Καὶ λέγει μὲν ὁ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος Ἀμφιάρεων τὸν Οἴκλεȣς κατακοιμίσαι τὴν φυλακὴν καὶ ὀλίγȣ παθεῖν ὅσα λέγει.

Sufficiat haec ad Aetolica et Acarnanica retulisse, quo pertinent res Amphiarai. 53)

53) Vid. Apollodor. Pag. 76. Potuit haec res memorari in belli Thebani historiâ, in qua Amphirai frequentissima mentio. Cujusmodi locus est in Pherecydeis Pag. 169 Sturzii.

Ad Epirum trahendus Hecataei locus de Dodonaeis in Stephani Byzantii Fragmento de Dodone Pag. 8, ex illius περιόδῳ:

Μολοσσῶν πρὸς μεσημβρίαν οἰκέȣσι Δωδωναῖοι.

Ad quae conferatur Gronovii disputatio Pag 55. Eadem vocabuli formâ utitur Herodotus II, 55, qui locus in classicis est de oraculo Dodonaeo, ubi consulendus est Wesseling et Larcher Tom. II,

Sequuntur res Peloponnesiacae. Ac quoniam proxime Argorum utrorumque injecta mentio est, subjiciamus primo loco fragmentum, quod alterius origines illustrat:

Scholiast. Euripid. Orest. vers. 869.

Ἡ πολλὴ δόξα κατέχει μὴ ἐλθεῖν τὸν Αἴγυπτον εἰς Ἄργος, καθάπερ ἄλλοι τε φασὶ, καὶ Ἑκαταῖος γράφων οὕτως·

Ὁ δὲ Αἴγυπτος αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς Ἄργος· λέγεται δέ τις ἐν Ἄργει πρῶν, ὅπου δικάζουσιν Ἀργεῖοι.

Praeter scriptorem nostrum ibidem in sequentibus excitatur Dinias rerum Argolicarum scriptor, quem et Plutarchus laudat in vita Arati, ut alios taceam. De illo Dinia vid. Valkenaerii notam ad Theocriti Adoniaz. Pag. 304. Harum fabularum summam esse varietatem docet Heyne ad Apollodor. Pag. 104 seqq. Illius Aegypti etiam in Pherecydeis

Pag 388, adde Heynii Excurs. II ad Homer. Iliad. XVI. Hecataeum quoque de hoc oraculo egisse uti dubitari nequit: ita ejus ex hoc loco fortasse fragmentum aliquod legeremus, si Strabonis hac de re disputatio Lib. VII, Pag 506 exstaret integra. Laudatur ibi nunc etiam Suidas quidam, Genealogiarum scriptor. In Pherecydeis supersunt nonnulla de Dodonidibus nymphis Pag. 115 seqq. Sturzii. — Dodonae veteris situm nuper explicare instituit Barbié du Bocage in descriptione Epiri vid. Commentar. supr. laud. Pag. 420 et 433.

injicitur mentio, ubi consulendus Sturz. Pag. 81 et 111, — πρῶν extremum montis notat, quod procurrit et quasi promontorium, monente Gesnero ad Orphei Argonautica Pag. 430.

Haec excipiant Strabonis loci bini, quorum alter est Lib. VII, Pag. 494. B.

Ἑκαταῖος μὲν οὖν ὁ Μιλήσιος περὶ τῆς Πελοποννήσου φησὶν, ὅτι πρὸ τῶν Ἑλλήνων ᾤκησαν αὐτὴν Βάρβαροι. Σχεδὸν δέ τι (Cod. Moscov. δ᾽ ἔτι) καὶ ἡ σύμπασα Ἑλλὰς κατοικία βαρβάρων ὑπῆρξε τὸ παλαιὸν, ἀπ᾽ (Moscov. ὑπ᾽) αὐτῶν λογιζομένοις τῶν μνημονευομένων.

Tzschuckius h. l. monet: „Guarinus legisse videtur λογιζόμενος, ut ad Hecataeum referretur, quod ipse fecit. „At contra seriem disputationis, quae ultra Hecataei sententiam progreditur.“ Quod judicium cum nemini non probatum iri censuerim, abstinui equidem a reliquis adjiciendis. Neque enim, ut hoc addam, credibile existimo Pindarum, qui paucis interjectis laudatur, laudatum esse ab Hecataeo.

Alter locus legitur Libro octavo Pag. 572; in quo equidem Scriptoris nostri fragmentum latere suspicor, ductus auctoritate Pollucis in Onomastico Lib. I. Pag. 15, ed. Seberi, (coll. II, 4, Pag. 105, et VII, 1, Pag. 326), ubi haec leguntur:

Ἑδραῖοι τεχνίται· τὸ δὲ χειρογάστορες Ἑκαταῖος λεγέτω.

Ex eo igitur fonte fluxisse arbitror Geographi illud de Proeto, qui Tirynthem, Cyclopum operâ, muris muniit.

Τῇ μὲν ȣ̃ν Τίρυνθι ὁρμητηρίῳ χρήσασθαι δοκεῖ Προῖτος, καὶ τειχίσαι διὰ Κυκλώπων· ὃȣς ἕπτα μὲν εἶναι, καλεῖσθαι δὲ γαςερόχειρας, τρεφομένȣς ἐκ τῆς τέχνης· ἥκειν δὲ μεταπέμπτȣς ἐκ Λυκίας· καὶ ἴσως τὰ σπήλαια τὰ περὶ τὴν Ναυπλίαν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἔργα τȣ́των ἐπώνυμά ἐςιν. 54)

54) De ejus loci lectione non est, quod copiose agam, cum eum jam tractaverit Tzschucke Pag. 232, qui ex Eustathio ad Homerum intelligi ait jam olim lectionem fuisse agitatam. Casaubonus scribendum arbitratur: χειρογάςορας pro γαστερόχειρας. ἐγχειρογάστορας adscripsit docta manus margini exempli Pollucis, quo ego utor, sine dubio ex Hesychio, vel Scholiaste Euripid. Orest. 963. Locus Herodoteus, qui a Polluce excitatur, est II, 167, ubi: τȣ̀ς ἀπαλλαγμένȣς τῶν χειρωναξιέων. — Quae paucis interjectis in Strabone sequuntur, καὶ ἡ πλησίον Μιδέα, ἑτέρα ȣ̃σα τῆς Βοιωτικῆς· ἐκείνη γὰρ ἐςι Μίδεα, ὡς πρόνοια· αὕτη δε Μιδέα ὡς Τεγέα, haud parum illustrant antiquam accentuum vim, naturam et causam, monente etiam Tzschuckio, qui recte contra Casauboni sententiam tuitus est lectionem Μίδεα, quam etiam firmare potuisset loco Scholiastae Pindari ad Olymp. X, 76. — Ad Strabonis autem in h. l. praecepta exigenda est accentuum ratio in plurimis veterum locis, ubi miram librariorum inconstantiam deprehenderis, vid. praeter locum proxime laudatum, v. c. Thucyd.

Eorum murorum reliquias vidit et accurate descripsit Pausanias 55) in Corinthiacis Cap. 26, qui et ipse narrat eos pro Cyclopum opere habitos fuisse, ut et Mycenarum moenia, vid. Ejusdem Cap. 16. Eandem fabulam attigere Apollodorus, II, 2 et Scholiastes Euripidis Orest. 963.

Habendum est illud χειρογάστορες apud Pollucem pro vestigio antiqui sermonis, cujus sae-

V, 64. Apollodor. Pag. 214 ed. Heyn., ne plura congeram. Hoc unum subjiciendum videtur, ad ipsum Hecataeum pertinens: apud Pausaniam, (Arcadicis Pag. 358, Fac.) in illius narratione de Auge, Τέγεαν scriptum legi; Pag. 354 autem, uti etiam Pag. 489: Τεγέαν.

55) Et Bartholdy, qui nuper eas terras adiit, vid. N. Teutsch. Mercur anni 1805, Particulam 1. Cujus viri narratio locum fecit disputationi Boettigeri, qui acute collectis undique rationibus probatum iit: hos Cyclopes fuisse fabros cum ferrarios tum lapidarios, e Phoeniciâ adductos, fabulamque Phoeniciçae esse originis. Idem explicuit vim vocis χειρογάστορες. Qua in re non oblitus est ejus fabulae vestigiorum, quae supersunt in Pherecydeis, vid. ed. Sturzii Pag. 82 seqq. His tamen addendum erat Hecataei fragmentum. De Apollodori loco consulendus est Heynius Pag. 110. Illo quidem bene stabilitur Strabonis lectio, quod Tzschuckium fugit. Strabonem exscripsit Eustathius ad Homer. Iliad. II, 559; unde iterum hanc fabulam attigit Heyne in Observv. ad Homer. Iliad. I, Pag. 322.

pius exempla afferuntur ex Hecataeo. In quibus hoc est, quod in Etymologico Magno legitur:

Γέγειος, ὁ ἀρχαῖος, παρὰ Ἑκαταίῳ·
Καὶ καλῶν ἤρ' ὅτι, τῷς ὁ γέγειος
ἔχει λόγος· καὶ, ἦχεῖ γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε.

Ad quem locum Fridericus Sylburgius ita: Si legamus καλῶν ἔρωτι et seq. vers. ἦχι γέγεια, sat bene constabit sententia. Omnia alia Bentleius, qui ad Callimachi Fragmenta Pag. 476, ed. Ernesti de his sic pronuntiat: „Ubi illud non praetermittendum: ex Hecataeo, qui Historias scripsit oratione prosâ, minime petita esse ista testimonia; quippe quae Fragmenta sunt versuum. Lego itaque: Γέγειος, ὁ ἀρχαῖος, παρὰ Ἑκαταίῳ καὶ Καλλιμάχῳ (scriptum erat compendiose Καλῳ)

Ἦ ῥ' ὅτι τῷς ὁ γέγειος ἔχει λόγος —
καὶ
— ἦχι γέγεια
Ἄνθεα μήκωνός τε —

Quae conjectura inde firmatur, quod eandem vocem hic usurpet Callimachus: πȣλὺ γεγειότερον.“ Respicit Bentleius Callimachi fragmentum in Plutarchi Symposiac. V, 3, vid. edition. Wyttenbach. Pag. 771 ibiq. var. lect. Equidem ut judicio viri primarii, inque poëtarum reliquiis eruendis probe versati, nihil obloquar, ita illud: τῷς ὁ γέγειος ἔχει λόγος suum quoddam indicium habere videtur verborum λογογράφȣ vel

historici, qui sic fere solent in commemorandis iis, quae solâ hominum famâ constant. Herodotus quidem in talibus usurpat suum illud λόγος ἐστὶ; Thucydides: λέγεται, vid. Valkenaerii notam ad illum Pag. 598; tritissimumque hoc λόγος ἔχει et κατέχει; ut apud Xenophontem eodem sensu λόγοι παλαιοὶ κατέχουσι, cf. Sturzii Lexicon Xenophonteum adde Bast lettre crit. P. 198.

Quod autem Bentleius dicit illa, quae Etymologus adscripserit, non posse Hecataeo attribui, quia versuum Fragmenta sint: carminum compositio non aliena putanda est ab eo scriptore, qui ipse in primis fuit, quorum operâ Graecorum oratio metrorum vinculis soluta ad liberiorem numerum revocata est. Atque, si exempli auctoritatem desideras, Hellanicus non solutâ modo oratione plurima conscripsit, sed carmine etiam vel recensuit, vel laudavit eos, qui in Carneis certaminibus vicissent. Qua de re egit ad ejus Fragmenta Sturzius Pag. 84.

Quid? ipsius Hecataei opus aliquod laudatur, quod idoneam rationem suppeditat, cur et ipsum in poëtarum numerum referendum esse judices. Etenim Harpocration s. v. ἀδελφίζειν ita de Milesio nostro:

Ἀδελφίζειν, ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν, παρ' Ἰσοκράτει ἐν Αἰγινητικῷ, καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ, ἐν β' ἡρωελεγείων.

Jacobus Gronovius e codice Ἡρωελεγείῳ, vid. ejus not. Pag. 11 editionis, quam is curavit

vulgandam. Novi quidem eum ipsum locum tentatum esse ab eruditis, e quibus G. J. Vossius de Hist. Gr. Pag. 439 legendum censet: γενεαλογιῶν pro ἡρωελεγείων, Sevinius autem l. l. P. 480: ἡρωικῶν γενεαλογιῶν, ut locus e Genealogiis repetitus dicatur: sed illud ipsum quaerendum restat, utrum recte sic fecerint, an bene habeat vulgata lectio.

Illud tamen, ut illuc redeam, negari nequit: valde ingeniosam esse eam conjecturam Bentleii, quâ ille suspicatur sub illo καλῶν Etymologi latere compendiose scriptum nomen Callimachi.

Alterum est in eodem Etymologico antiqui Jonici sermonis exemplum s. μέτασσαι:

Μέτασσαι. ἡγοῦντο πάντες τοῦτο εἶναι μεσαίταται, αἱ μεταξὺ καὶ ἐν ὑπερθέσει, μέτασσαι· ὥστε εἶναι μεταξύ τινάς. δύναται δὲ καὶ οὕτως ἐπίσσας λέγεσθαι Ἰωνικῶς, παρ' Ἑκαταίῳ. ἔστιν ἔπισσαι, αἱ ἐπιγινόμεναι τοῖς προγόνοις. ὡς ἐπὶ οὖν, ἔπισσαι, οὕτω μετὰ, μέτασσαι.

Illa quidem, quae traduntur de voce μέτασσαι, referenda sunt ad Homeri Odysseam IX, 221, ad quem locum Didymi scholion et Eustathium Pag. 1625 consulendum esse dicit Maittaire de Dialectis Gr. Pag. 396, qui tamen illud ἔπισσαι neglexit in disputatione de dialecto Jonica. — Ad ἔπισσαι illud facit Hesychii: ἔπισσον, τὸ ὕστερον γένομενον. Quam glossam sine dubio doctius illustrarunt ejus Lexicographi egregii

interpretes Alberti et Ruhnkenius, quorum editione nunc cum maxime aegerrime careo. *)

Sed revertor ad res Peloponnesiacas, in quibus supra mentionem injectam vidimus Mycenarum.

Harum origines ab Hecataeo nostro explicatas fuisse arguit hic locus in Scholiis Venetis ad Homeri Iliad. XV, 302, ed. Villoison. ubi haec afferuntur ex Hecataeo, omissâ tamen scripti notitiâ, unde repetita. Equidem crediderim vel ex Historiis vel e Genealogiis.

Καὶ ἐπαφήσας τὸν κολεὸν τȣ̃ ξίφεος, τὸν μυκῆν εὗρεν ἀποπεπτωκότα.

Disputatur ibi, utrum in Homero Aristarchi ratio amplectenda sit, scribentis Μέγην, an aliorum: Μεγῆν praecipientium. Quâ de re fusius etiam Eustathius ad h. l. Jam in exemplis, quae ibi proponuntur, est cum hoc: μύκητα, tum illud Hecataei μυκῆν. Atque

*) His subjiciendum censui Josephi locum Antiq. J. I Cap. 4 de quâdam Hecataei, ut videtur, Milesii sententiâ:

Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἀκȣσίλαος καὶ πρὸς τȣ́τοις Ἔφορος καὶ Νικόλαος ἱστοϱȣ̃σι τȣ̀ς ἀρχαίȣς ζήσαντας ἔτη χίλια.

Haec tractavit Sturz ad Hellanicum Pag. 141, quod latuisse videtur Orellium, vid. ejus not. ad Nicolai Fragmenta Pag. 222.

ex Eustathio ad Iliad. II, Pag. 219 l. 27, ed. Basil. discimus: Mycenas dictas esse, jussu Mercurii, ἀπὸ μύκητος τȣ͂ ξίφȣς ὃ ἐφόρει Περσεὺς.

Neque tamen alia, ut fit, etyma deerant, e quibus hoc nomen repeterent, quae eodem loco in medium profert Eustathius, nec minus Pausanias in Corinth. Cap. XVI, Pag. 235 Fac.; adde Etymologicum magnum s. h. v.; Stephanum Byzantium in Μυκῆναι, ubi consulendi interpretes; denique Scholiast. Nicandri Alexipharm. 103.

Simillimus Hecataei Fragmento est locus Herodoteus III, 64, in partes vocatus ab Eustathio. Ibi in extremis Cambysis ita: τȣ͂ κȣλεȣ͂ τȣ͂ ξίφεος ὁ μύκης ἀποπίπτει. Quo in loco plerique codices cum Eustathio tuentur Jonicam formam κȣλεȣ͂, quam inde fortasse Hecataeo, Jonico scriptori, restituendam esse censeas. Caeterum e diversis diversorum interpretationibus, quae ad Herodoti l. l. expromuntur, Wesselingio Valkenaerioque placet illa Scholiastae Nicandri, quâ ὁ μύκης hoc sensu accipitur, ut sit τὸ κατακλεῖον τὴν θήκην (der Deckel am Ende der Degenscheide). Quam rem ex veteris artis rationibus illustravit magnus Johannes Winkelmann in palmario opere: Monumenti antichi spiegati ed illustrati Capite 8 ad Nr. 126; quae tabula Achillem iratum exhibet. Hic Hecataei locus fugit Kühnoelium in Indice Scriptorum in Schol.

Venet. laudatorum inserto, Bibliothecae Graecae Fabric. Vol. I, Pag. 444, ed. Harles. Alterum tamen ad Iliad. III, 6 idem indicavit; quem cum ego ad Λιβύης περιήγησιν arbitrer pertinere, eum proferam, cum aliquando ad Hecataei Geographica devenero.

Transeo ad res Amazonum, de quibus Hecataei locus est apud Stephanum Byzantium in Ἀμαζόνειον.

Ἀμαζόνειον· τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἔνθα Θησεὺς τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησεν. οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Κύμη, ἐν ᾗ αἱ Ἀμαζόνες ᾤκουν. Ἑκαταῖος δ' ἐν τοῖς Αἰολικοῖς διὰ τοῦ ι γράφει τὸ ὄνομα. 56)

Cui jungendum arbitror Scholiasten Apollonii, qui ad haec poetae II, 1003.

νόσφι δ' ἀκοντοβόλοι Χαδήσιαι —

ita monet:

Χαδησίας δὲ αὐτὰς εἶπεν Ἑκαταῖος, ἀπὸ τοῦ χαδῆσαι. Cf. ejusdem Scholiastae locum alte-

56) Ἀμαζόνειον emendavit Holstenius Pag. 28 e codice Palatino. Horum verborum pars iterum legitur in eodem Stephano s. v. Κύμη: Κύμη πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου ἀπὸ Κύμης Ἀμαζόνος. Idem tradit Mela I, 18, 1, ubi vid. interprett. Hanc Cymen exhibent et numi, ut is, qui Melae editionem Gronovii novissimam ornat Pag. 96, adde Eckhel Doctr. num. veter. Part. I, Vol. II, Pag. 492, qui numi constanter tenent ΚΥΜΑΙΩΝ contra Stephani Byz. praeceptum, ut jam vidit Holstenius Pag. 178.

rum ad vers. 373, ubi de Amazonibus agitur κατὰ φῦλα trifariam divisis, quarum primae erant Θερμισκυρίαι, secundae Λυκαςίαι, tertiae Χαδησίαι (sic enim ibi emendavit Holstenius 57) ex Stephano Byz. s. v. Χαδισία, vel potius χαδησία, uti is vicissim e Scholiastae loco priore rescribendum esse vidit.)

Rursus Hecataeus in his Amazonicis excitatur ab eodem Scholiaste ad II, 948 in ea disputatione, quae est de etymo nominis Sinopes urbis, ubi, postquam plurimas plurimorum sententias proposuit, haec subjicit e Philostephano, quae adscribenda censuimus, quoniam arctius cum iisdem copulatum fragmen-

57) Idem vir doctus in partes vocat Marcianum Heracleotam (vid. Geograph. scriptor. Graec. minor. Tom. I, Pag. 74) ubi ex Menippo (de quo infra dicetur ad Xanthi Lydii fragmenta) legitur: Χαδέσιον ποταμὸν. Huc facit etiam Plinius H. N. V, 3, ubi cf. Harduin, qui Stephani loco usus est, adde Schoenemanni Comment. de Geographiâ Argonaut, qui eodem modo, quo Holstenius, corrigendum censuit Apollonii Scholiasten. Illius tamen alteram conjecturam improbat Schneider ad Orphei Argon. Pag. 164. Ejusdem Schoenemanni audaciam in his corrigendis notat Hermann in editione Orphicorum Pag. 141, licet non prorsus improbet ejus conjecturam, quâ versus 743 tentatur. Tractavit haec Orphici chorographica nuper J. H. Voſs in Act. liter. Jenens. 1805. Nr. 142.

tum Hecataei. Traditum erat antea Androne Tejo auctore Amazonum unam ex largo vini potu nomen invenisse Sanapes:

Φιλοςέφανος δὲ φησι — Ἀπόλλωνι αὐτὴν (Sanapen) μιγεῖσαν, ἀποκυῆσαι τὸν προσαγορευθέντα Σύρον· ἐπεὶ δὲ οἱ μέθυσοι Σανάπαι λέγονται παρὰ Θρᾳξὶν (ᾗ διαλέκτῳ χρῶνται καὶ Ἀμαζόνες) κληθῆναι τὴν πόλιν· ἔπειτα κατὰ φθορὰν Σινώπη· ἡ δὲ μέθυσος Ἀμαζὼν ἐκ τῆς πόλεως παρεγένετο πρὸς Λυτίδαν, ὥς φησιν Ἑκαταῖος.

Ejus urbis origines illustrat Eustathius ad Dionysium Perieget. Pag. 102 ex Diodoro Siculo. E recentioribus consulendus de his Mannert in Geogr. VI, 3, Pag. 12, adde Apollodori Fragmenta ed. Heynii Pag. 426. 432.

Jam haec ad γενεαλογίας referenda esse perspicue docet Stephani B. locus proxime memoratus, isque luculentior reliquis, qui sic habet:

Χαδισία (lege χαδησία) πόλις Λευκοσύρων. Ἑκαταῖος γενεαλογιῶν δευτέρῳ: Ἡ δὲ Θερμισκύρη 58)

58) De Thermiscyra Amazonum sede cf. Pindari Fragmenta incerta Pag. 88 ed. Heynii ibiq. Schneideri notam. Eandem vocem Herodoti textui inferendam judicavit Taylor Lectt. Lysiac. Pag. 687. Aliam tamen medelam excogitavit Toup Emendatt. in Suidam Tom. II, Pag. 500 et nuper Coray. —

πεδίον ἐστὶν, ἀπὸ Χαδισίας (Χαδησίας) μέχρι Θερμώδοντος. 59)

Quod ipsum si conferas cum altero Stephani loco in Ἀμαζόνειον, ubi τὰ Αἰολικὰ laudantur, inde confirmari dicas, quod supra conjectavi, hoc posterius opus habendum esse pro parte Genealogiarum, in quibus, ut intelleximus, Amazonicae quoque res intextae fuerunt.

De cujus fabulae origine et indole non est, quod equidem agam, praecipue post Heynii V. C. disputationem ad Apollodori Bibliothec. Pag. 154. Hoc solum subjiciam, quod ad Hecataeum facit. Nimirum cum ea lego, quae Herodotus IV, 110 e veteri famâ copiosissime

Mannertus in Geographiâ Gr. et R. VI, 2, P. 443 dicit ab antiquioribus, ut ab Aeschylo (Prometh. v. 722), Hecataeo hanc Amazonum sedem campum dici: a Diodoro contra urbem. At vero Pherecydes apud Scholiasten Apollonii II, vers. 370 de Thermiscyrâ, tanquam Amazonum urbe loquitur.

59) Genealogiarum liber quartus laudatur in antiquo Lyciae nomine declarando ab eodem Stephano in Τρεμίλη (ἡ Λυκία ἐκαλεῖτο οὕτως, cujus rei firmandae caussa excitantur versus Panyasis, tum subjicitur illud: Ἑκαταῖος δὲ Τρεμίλας αὐτοὺς (Lycios) καλεῖ ἐν τετάρτῳ γενεαλογιῶν. Ad quem locum vid. Holstenium, adde Munkerum et Verheyk ad Antonin. Liberal. Cap. XXXV, Pag. 241.

commemorat de Amazonum rebus, praecipue de iis, quae ad Thermodontem gestae fuerunt, etiamsi dulcissimae narrationis complexum coloremque ipsi deberi largiar, sicuti largiendum est, tamen vix dubitari posse arbitror, quin idem argumenti materiaeque nonnihil ex Hecataeo desumserit. 60) Ex eodem fonte fortasse etiam nonnulla emanarunt in reliquorum scripta historicorum, qui plurimi de Amazonibus tradiderunt. In quibus et Hellanicus fuit 61) et Pherecydes 62) et Atthidum scriptores cum alii tum Philochorus. 63) Alexandri quo-

60) Idem dicendum erit de aliis narrationibus Herodoteis, quae sola hominum antiquiorum fide nituntur.

61) Vid. ejus Fragmenta ed. Sturz. Pag. 117, qui vir cum alia profert bonae frugis plena, tum scriptores recentiores enumerat, qui de his tradidere; quibus nunc addi debet Larcherii disputatio ad Herodotum Tom. III, Pag. 520; Saintcroix in Examen critiq. des Hist. d'Alex. Pag. 333; denique Curt Sprengel in der Apologie des Hippocrates ibique Forsteri notata Pag. 597.

62) Vid. ejus Fragmentum Pag. 92, ed. Sturzii.

63) Quem cum Herodoto et Hellanico et Pherecyde advocat Plutarchus in Thesei vitâ Cap. 26. De Philochoro dicetur alias. Ephorum quoque in his laudat Stephanus Byzantius in Ἀμαζόνες. Atthidum scriptores Theseum cum Amazonibus pugnasse narrabant, quo hac quoque parte patrium heroa Baeotorum heroi Herculi similem

que rerum scriptores Amazonum mentionem fecisse et per se credibile est et docent veterum loci plurimi, in quibus classicus habetur ille Strabonis Pag. 769, qui tam antiquiores quam recentiores historicos dicit in commemorandis fabulosis Amazonum rebus congruere. In his quidem etiam numerantur scriptores Alexandri, quorum alii hujus regis cum Thalestriâ reginâ consuetudinem tradant, alii tamen (οἱ μάλιςα τῆς ἀληθείας φροντίζοντες) silentio praetermittant. Ipse quidem totam rem pro commento habet. Non plane ita morosus Arrianus Expedit. Alexandri VII, 13. Hic uti fuisse antiquitus Amazones largitur, ita eam narrationem, quae ferebatur de Alexandri concubitu cum Thalestriâ, joco opinatur deberi, nec veraces Alexandri scriptores ejus rei in suis scriptis memoriam exstare voluisse.

Quam veritatis laudem meruit et Hecataeus Eretriensis, teste Plutarcho in vitâ Alexandri Cap. 46 init. ubi et ii enumerantur, qui haec tanquam vera tradiderint, et illi, qui eadem in fabulis habenda esse duxerint, in quorum numerum refertur et Ἑκαταῖος ὁ Ἐρετριεύς. Hunc quidem eundem esse νησιώτην censet Schweighaeuser, cui Athenaeus τὴν Ασίας περιήγησιν attribuat, vide quae supra in hanc rem

redderent. Qua de re monuit Taylor Lectt. Lysiac. Cap. 4 adde Boettigeri Erklärung der Griech. Vasengemälde Vol. I Partic. 2 Pag. 141.

disputata sunt. At vero equidem ingenue fateor, mihi valde dubium videri hunc Hecataeum Eretriensem, donec alio quodam eoque certiore cujuspiam scriptoris loco meliora fuero edoctus. Nam primum commemorantur haec in rebus Alexandri; deinde, quod sciam, hujus hominis, praeter hunc Plutarchi locum, nulla alia exstat mentio: Abderitam contra in celebrioribus Alexandri scriptoribus fuisse unicuique notum est. Tum hunc posteriorem res Amazonicas praecipuâ quâdam curâ indagasse credibile fit eo, quod idem Hyperboreorum [64] historiam condiderat, in quâ his fabulis intexendis praecipue locus fuit, ut vix probabile sit, eum in his Amazonicis silentio fuisse praetermissum a Plutarcho. Accedit et illud, quod hujus textum h. l. depravatum esse arguant duo alia nomina scriptorum perperam scripta. [65] Quae singula in unum collecta

64) Cujus operis auctor diserte Abderites dicitur cum ab Aeliano Histor. Animalium XI, 1, tum a Stephano Byzantio s. Καραμβύκαι, ut alios taceam. De quo opere copiosius disputandi et materia nascetur et vero necessitas, sicubi Milesii Periegesin tractabo. In eam commentationem seponendum judicavi, quidquid locorum ex illius Hyperboreorum historia exscripsi.

65) Vid. Kaltwasseri notam subjectam interpretationi Plutarchi vernaculae Pag. 362. De altero tamen nomine Χάρης ὁ εἰσαγγελεὺς diversa est sententia Sanctocrucii (Examen Pag. 39, Not. 3),

me in eam sententiam adducunt, ut in Plutarchi loco legendum esse credam ὁ Ἀβδηρίτης, omninoque ullum fuisse Hecataeum Eretriensem rerum scriptorem dubitem, dum certiora illis a quoquam proferantur.

qui nihil mutandum esse judicans in Plutarcho, ex hoc potius Athenaeum VI, Pag. 271 corrigendum arbitratur. — Illud tamen teneri velim, quod mihi quodammodo favere videtur, ab eodem viro docto (Examen Pag. 63) in eo loco, quo ii scriptores Alexandri commemorantur, quorum sola nomina exstent, Hecataei Eretriensis ne nomen quidem adscriptum esse, quod ibi tantum legitur, ubi de rebus Amazonicis agitur (Examen Pag. 333) idque solo Plutarchi loco subjecto. Cui certe additurus fuisset, si quid praeterea locorum succurrisset per veterum scripta.

# Charon Lampsacenus.

Χάρων Λαμψακηνὸς υἱὸς Πυθοκλέους γενόμενος κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον οθ' ὀλυμπιάδι· μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατὰ τὴν οε' ὀλυμπιάδα· ἱστορικὸς· ἔγραψεν Αἰθιοπικὰ· Περσικὰ, ἐν βιβλίοις β'· Ἑλληνικὰ, ἐν βιβλίοις δ'· περὶ Λαμψάκου β'· Λιβυκὰ· Ὅρους Λαμψακηνῶν ἐν βιβλίοις δ'· Πρυτάνεις, ἢ ἄρχοντας τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ἔστι δὲ χρονικά. Κτίσεις πόλεων ἐν βιβλίοις β'· Κρητικὰ ἐν βιβλίοις γ', λέγει δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Μίνωος τεθέντας νόμους· Περίπλουν τὸν (f. τῶν) ἐκτος τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· Suidas et Eudocia in Violario.

Pausanias in Phocicis Cap. 38, Pag. 303 Fac. scriptoris nostri aliquam sententiam memorans sic eum excitat: Χάρων δὲ ὁ Πύθεω φησιν.

De aetate Charonis plura sunt, quae dubitationem injiciant, a nemine adhuc, quod sciam, examinata. In quo ut illud praetereo, quod unicuique per se patet: Suidam graviter lapsum, qui dicat eum vixisse Darii primi tempore Olympiade 79, cum satis constet Darium primum jam obiisse Olympiadis 73 anno 4. At equidem pronior sum in eam sententiam, Suidae locum esse pro corrupto habendum librariosque ideo potius erroris accusandos. Illum autem sic arbitror emendandum explicandumque, ut pro οθ' legas ξθ' i. e. 69 Olympiade, γενόμενος vero ita interprete-

ris ut sit: qui floruit, quem sensum in hoc vocabulo haud raro inesse nemo nescit, et docuit Sevin in Memoir. de l'academ. des Inscript. Tom. VI, Pag. 475. Cui rationi etiam favet illud ἦν, quod proxime sequitur. His continuo subjicit Suidas hoc alterum: μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατὰ την οέ ὀλυμπιάδα. Τὰ περσικὰ h. l. sicuti apud Dionysium Hal. Judic. de Thucyd. Pag. 820, ed. Reiskii, accipienda sunt de Xerxis expeditione in Graeciam, ut Charon non minus dicatur floruisse circa Jonici belli initia, quam circa belli Persici, hoc est ejus quod Xerxes adversus Graecos gessit. Refert igitur Lexicographus diversas sententias, quarum posteriorem ipse pro veriore habet. 1)

Ut ita 2) corrigam et explicem, facit praecipue Dionysii Halicarnassei locus de vete-

1) Quod G. J. Vossius de Hist. Gr. Pag. 442 hanc rationem ex Anonymi Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ refert: jam satis notum est hunc ipsum esse J. Scaligerum, docente Corsinio in Fastis Atticis II, 4. Neque igitur id ipsum haberi potest pro peculiari testimonio.

2) Diversum est Sevinii judicium, qui in ea commentatione, quae est de Charone Lampsaceno, inserta operi inscripto Memoires de l'academ. des Inscript. Tom. XIV, Pag. 58 Darii potius primi nomen delendum censet utpote perperam intrusum textui.

ribus rerum scriptoribus Graecis classicus: Judic. de Thucyd. Pag. 817 seqq. ed. Reiske; cui adjungendus alter ejusdem scriptoris Pag. 864. Quibus inter se collatis efficitur illud: a Dionysio poni triplicem historicorum, quos cum Thucydide comparare instituit, ordinem: primum eorum, quorum scripta pro spuriis habenda sint: alterum eorum, qui ante bellum Peloponnesiacum floruerint (sic enim et hoc loco interpretor ἐγένοντο), quos ἀρχαίȣς dicit: tertium denique eorum, qui paullo ante ejus belli tempus vixerint, ideoque vitam eodem extraxerint, quo Thucydides 3), vel unâ cum eodem floruerint. Atque in secundum illum ordinem sive in τȣ̀ς ἀρχαίȣς refert idem, praeter alios plurimos, quorum aetas vix aliunde constat, et Hecataeum Milesium et Charonem Lamp-

3) Sic enim intelligi debere arbitror illud: καὶ μέχρι τῆς Θȣκυδίδȣ παρεκτείναντες ἡλικίας, quae verba nullus dubito, quin explicanda sint eo, quod paullo antea dixerat Dionysius: τῶν τε πρεσβυτέρων, καὶ τῶν κατὰ τȣ̀ς αὐτοὺς ἀκμασάντων ἐκείνῳ (Thucydidi) χρόνȣς. Etiam hoc accedit, quod paullo post Herodotus dicitur παρεκτείνας μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν; quod quo pertineat, perspicuum est, si cogitas Thucydidem Herodoto tantummodo 13 annis minorem fuisse. Illud tamen, quod proxime monui de explicandis vocabulis παρεκτείναντες κ. τ. λ., in majorem tantum partem eorum historicorum cadere et per se credibile est et infra apparebit, nam nonnulli ex hoc ordine non videntur tam unâ floruisse cum Thucydide, quam ejus vitam vivendo attigisse.

sacenum. Quo ipso satis intelligitur hunc scriptorem a Dionysio in iis poni, qui non floruerint unâ cum Thucydide. Huc faciunt et Plutarchi et Tertulliani gemini loci iique maxime perspicui. Ille quidem de malignitat. Herodoti Tom. IV, Pag. 450, ed. Wyttenbachii, quo hunc adversarium suum antiquitatis auctoritate erroris coarguat, Charonem in rem advocat, usus his verbis: καίτοι Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἀνὴρ πρεσβύτερος κ.τ.λ. Tertullianus autem de anima Cap. 46, postquam Astyagis de Mandane filiâ somnium, Herodotum secutus, exposuit, subjicit illud: „Hoc etiam Charon Lampsacenus, Herodoto prior, tradit.“ Quae quidem unumquemque docent: ab utroque scriptore Charonem aetate priorem Herodoto fuisse habitum.

Jam vero Larcherius in Chronologia Herodoteâ Pag. 643 facit Charonem natum Olymp. 74, 1, anno ante Christ. nat. 484, quo ipso anno idem vir doctus, gravissimâ Gellii auctoritate usus, Herodotum in lucem editum dicit, ac de illo quidem priore laudat idem et Suidae et Tertulliani locos, quos supra adscripsimus.

Quae sententia, quo major ejus viri his in rebus et habetur auctoritas et habenda est, eo accuratius examinanda videtur esse.

Atque ut de Lexicographi loco primum videamus, videtur Larcher hujus illud γενόμενος explicasse natus. Quod quidem ut in medio re-

linquamus, ita hoc alterum mireris: quî tandem Tertulliani locus, in quo Charon Herodoto prior dicitur, possit in eam partem accipi, ut pro testimonio sit: eodem esse utrumque scriptorem anno in hanc lucem editum? Hoc certe quid est aliud, quam inter se pugnantia conciliare velle et incongrua copulare? Sed antequam accuratius explico, quid equidem de Lampsaceni nostri aetate sentiam, necesse est in medium proferatur alter locus Plutarchi in vitâ Themistoclis Cap. 27. Ponitur ibi Charon Lampsacenus in eorum numero scriptorum, qui Themistoclem tradiderint ad Artaxerxem (Longimanum sive primum) supplicem venisse 4), secus atque alii, qui eam fugam Xerxe vivo factam esse dixerant.

Jam Artaxerxes Longimanus imperium suscepit Olymp. 78, 4, ante Chr. n. anno 464, ut adeo, etiamsi Themistoclis accessum ad regem sub initium imperii Artaxerxis referas, quod fecit Thucydides, Charon tamen dicendus sit etiam tunc vixisse triennio vel quadriennio post, hoc est circa annum 462 — 460 ante Chr. n.

4) Qua de re quae diversae ferebantur diversorum opiniones, eas collectas suppeditat Duker ad Thucyd. I, 137 reliquique interprett. vid. edition. Bauero-Beck. Pag. 229. Quod si reputaveris diligentissimum in temporibus quoque notandis Thucydidem eandem sententiam esse amplexum, quae Charoni placuerat, hic utique videtur acre in rebus incertioribus adhibuisse judicium.

Atqui si Larcherii sequaris judicium, ejus imperii initio vix vigesimum aetatis annum agebat scriptor Lampsacenus, neque quidquam inest difficultatis in eo, quod Plutarchus loco proxime laudato commemorat. — At vero, si haec spectavit Larcherius, quidni Plutarchum potius laudavit, quam Suidam, quam Tertullianum? et, quod gravius est, si Olympiadis demum 74 anno 1 natum dicas Charonem, quid tum faciemus Dionysii loco? Etenim tunc Charon non minus, quam Herodotus, dicendus erit et ἀκμάσαι (floruisse) κατὰ τὸυς αὐτὸυς ἐκείνῳ (Thucydidi) χρόνους et παρεκτεῖναι μέχρι τῆς Θουκυδ. ἡλικίας, utpote qui non plus tredecim annis ipso fuerint majores. Quid tum porro fiet Plutarchi loco priore (de malignit. Herodot.) et Tertulliano, qui Herodoto priorem Charonem faciunt?

Quae quidem omnia in unum collata me in aliam sententiam adduxerunt, quâ quidem et singuli diversorum scriptorum loci, et unius ejusdemque Plutarchi ambo testimonia inter sese conciliari arbitror facile posse.

Ajo enim, quo maxime impellit Dionysius, Charonem fuisse triginta annis minorem Hecataeo, ita ut ille natus dicatur circa Olympiadis 65 annum 1. sive ante Chr. n. 520.

Qua ratione admissâ omnia expediuntur, quaecumque difficultatem objiciunt. Nam primum

tunc floruisse dicendus erit circa Olympiada 75, ut qui tunc quadragenarius esset, quae erat altera illa opinio a Suidâ pro veriore habita. Deinde intelligitur, cur et a Plutarcho et a Tertulliano dicatur prior Herodoto, utpote qui, quo tempore Charon ingenii sui fructus edere coepisset, in cunis vagiit trimulus vel quadrimus. Nec minus bene habet illud, quod sejungitur scriptor noster ab iis, qui dicuntur ὀλίγῳ πρεσβύτεροι τῶν πελοποννησιακῶν, sicut in Dionysii loco scriptum legitur, cum vix credibile sit illum vivendo attigisse ejus belli initium, quod incidit in Olympiad. 87, 1, sive 431 ante Chr. n. nisi conjicias eundem fere nonagenarium evasisse. Porro idem ille Lampsacenus attigit quidem Thucydidis tempus, neque tamen unâ cum eodem floruit, utpote qui quinquagesimum fere annum agebat, cum Thucydides nasceretur. Nihil vero quidquam obstat, quo minus ille res sub Artaxerxe primo gestas ideoque Themistoclis ad hunc regem fugam tradere potuerit; etenim quo tempore Artaxerxes imperium suscepit, erat idem, quem saepe dicimus, Charon septuagenarius. Contra, si diceretur jam Olympiade 69 floruisse (quae est prior illa a Lexicographo commemorata ratio, si mecum legeris ξθ´), tum paene nonagenarius fuisset eodem tempore. Atqui parum credibile est quemquam, eo senectutis gradu constitutum, historiis scribendis operam dedisse.

Priusquam ad ipsas operum reliquias accedo, moneatur necesse est memorari a Suidā nonnulla Charonis scripta, quorum difficile fuerit vel paucissima fragmenta per veterum libros deprehendere. Neque vero equidem contenderim, quae ille tamquam Charonis Lampsaceni singula enumerat, eorum hunc omnium auctorem habendum esse. Nam primum tres fuerunt Charones rerum scriptores, quorum duo ipse Suidas commemorat, Carthaginiensem alterum, alterum Naucratiten; tertius a Scholiaste Apollonii Libr. II res historicas in Apollonii familiaris sui Argonauticis obvias dicitur illustrasse, nisi hic idem est cum Naucratite, quae Vossii est suspicio de Hist. Gr. Pag. 102. 342 et 468 et Jonsii de scriptor. Histor. philos. II, 7, 4 cf. Fabricii Bibl. Gr. Vol. II, Pag. 354 et III, Pag. 38. Apollonii autem familiarem cum Lampsaceno confudit Gyraldus.

Erat porro in scriptoribus rerum Alexandri Chares, qui, uti supra vidimus, dicebatur ὁ εἰσαγγελεὺς in Plutarchi Alexandro Cap. 46, rursus memoratus Cap. 54, nec minus ab Athenaeo, Gellio, Plinio, in cujus indicem Characis nomen male irrepsisse docuit Harduinus, qui ibidem et ipse tamen Charetem confudit cum Charone Lampsaceno. Characis deinde Pergameni, quem a Charace grammatico distinxit Vossius Pag. 341, plane sicuti Charonis Lampsaceni et Ἑλληνικὰ commemo-

rantur et χρονικὰ [5]), quem cum Lampsacenum dicat Lil. Gyraldus Dialog. II de poëtis, et ipsum confundere videtur cum Charone illo antiquissimo. Chaereas (Χαιρέας) denique notatur a Polybio III, 20, 5, tanquam sublestae fidei historicus, cujus, quod sciam, nusquam praeterea ulla mentio exstat. Quodsi porro reputaveris Chaeronis cujusdam Laconis, qui Romam legatus exulum Spartanorum caussam egisse a Polybio traditur, ejus nomen in multis Polybii codicibus mendose scriptum legi Χάρων et quidem pluribus locis (vid. Schweighaeuseri Animadverss. Tom. VII, Pag. 533); contraque in Dionysii Halicarn. Epist. ad Pompej. Vol. VI, Pag. 769, usque ad H. Stephanum pro Χάρωνος perperam scriptum fuisse Χαίρωνος; itemque Charonis Naucratitae nomen in Eudociae Violario Pag. 436 depravatum esse in Χείρων: ea igitur si reputes, utique in-

5) De Charace praeter Vossii l. l. conf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. I, Pag. 192 Harles. Ejus Hellenica frequenter laudantur, v. c. ab Anonymo de Incredibil. in erroribus Jus, cf. Heynium ad Apollodor. Pag. 256. — Chronica Stephanus excitat in παῤῥασία de Pelasgo II, ad quem locum cf. Ilgen ad Hymn. Homer. Pag. 267 seq. Charax, non addito libri nomine, apud Eustath. ad Dionys. Perieg. Pag. 687 narrat pluribus navibus profectos Argonautas, vid. Gesner de navig. Phoenic. ad calcem Orphei Pag. 437. Idemque Eustathius ad Homer. saepius Characem advocat.

telliges, quam facile potuerint et Chaereae illius et Charetis aliaque similia nomina in veterum scriptis Charonis nomine obliterari, vicissimque Charonis mentio vel prorsus deleri horum nominum similitudine, vel Lampsaceni reliquiae ceteris Charonibus attribui, horumque rursus Lampsaceno. Quid? cum Charondâ legum latore confusus videtur ab Alexandro Neapolitano genial. dier. VI, 10, vid. Jonsium de script. Hist. phil. Pag. 177, nisi ibi potius operarum vitio commissum fuit. Illud tamen errorem objecit et Marsilio Ficino in argumento Minois Platonici et Rhodigino antiqq. lectt.

Neque minus illud potuit vitia parere, quod in more veterum positum est laudare scriptores, celebriores praecipue, solius patriae nomine adscribendo, quae ratio, ut hoc utar, frequentatur Straboni. Nemo enim nescit, quoties is Scepsium dicat. Unde facile fieri potuit, ut, qui deinde ejusmodi locos exscriberent, alium quendam cogitarent eumque laudarent. Sic v. c. memorantur a Suidâ Charonis Lampsaceni geographica, ut ὅροι, ut περίπλους: memorantur item geographica multa e Xenophonte Lampsaceno a Plinio H. N., ut IV, 13, VI, 19, a Solino XXII. Potuisse in talibus turbari eorundemque rationem habendam esse in scriptorum reliquiis colligendis, nemo quidem peritior infitias iverit.

Venio nunc ad ipsa fragmenta. Atque in illius operum catalogo praeter Αἰθιοπικὰ memorari vides et Λιβυκά. Quod quo pertineat, facile intelligas, si cogites totius orbis (qualem sibi veteres illi informabant, ut Hecataeus, de quo supra) meridionalem partem eam, quae a Nilo fluvio orientem versus patebat, et Asiam dictam strictiore sensu vocabuli, et Aethiopiam, sicut et ipse Herodotus in his oris Aethiopes ponit: quae in occasum vergebat, Libyam. Neque tamen adhuc reliquiarum quidpiam succurrit, quod vel ad Αἰθιοπικὰ referri posse videretur vel ad Λιβυκὰ vel denique ad περίπλουν. Si quid deinceps invenero, subjungam ei libello, qui Hecataei geographica exhibebit.

Jam primum Περσικὰ conscripsisse traditur Charon eaque duobus libris absoluta. Quae quidem haud ante Artaxerxis imperium edita in lucem fuisse opinatur Sevinius, adductus eo loco, qui est de Themistocle ad eum regem fugiente. At hoc quidem non video cur non aeque tradere in solis Hellenicis potuerit Charon, quorum, teste eodem Suidâ, quatuor libri fuerunt.

Hellenica quidem scriptoris nostri non minus quam ipsius Persica cogitare licet ea legenti, quae Dionysius Halicarnasseus Jud. de Thucyd. Pag. 769 pronuntiat: —

οὐ μὴν Ἡρόδοτός γε τοῦτ' ἐποίησεν, ἀλλὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος, τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν παρεκδεδωκότων, οὐκ ἀπετρά-

*πετο, ἀλλ᾽ ἐπίϛευσεν αὐτῶν κρεῖσσον τι ἐξοίσειν· ὅπερ καὶ πεποίηκε.*

Quae cum per se perspicua sint, non immoremur iisdem, neque magis loco Tertulliani, in quo, praeter Herodotum (I, 107) Charon quoque Lampsacenus auctor perhibetur somnii illius, quo Astyages Mandanen filiam mira viderat perpessam. Quod in Persicis traditum fuisse nemo quisquam potest ignorare. Memorabilior ex iisdem Persicis hic locus est, servatus a Plutarcho de Malign. Herodot. Tom. IV, P. II, Pag. 450. Reprehenditur ibi Herodotus levissima quidem ratione (quâ tamen nec Dionysius in Thucydide notando uti dubitavit), quod Graecorum, popularium suorum, in tradendis rebus non satis consuluerit gloriae. Cui gravius subjicitur crimen illud, quod in Pactyae Lydii hominis eventis commemorandis adeo studuerit infamiam impingere civitati Graecae. Eum enim, Herodoto auctore, postquam a Cyro rege defecisset, delatum ad Chios, supplicem, ab iisdem e Minervae fano impie avulsum Persis redditum fuisse. Pergit Plutarchus:

Καίτοι Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς, ἀνὴρ πρεσβύτερος, ἐν τοῖς περὶ Πακτύην λόγοις γενομενος, τοιῦτον ὐδὲν ὔτε Μιτυληναίοις ὔτε Χίοις ἄγος προστέτριπται, ταυτὶ δὲ κατὰ λέξιν γέγραφε,

Πακτύης δὲ ὡς ἐπύθετο προσελαύνοντα τὸν ϛρατὸν τὸν Περσικὸν, ᾤχετο φεύγων ἄρτι μὲν εἰς Μιτυλήνην, ἔπειτα δὲ εἰς Χῖον· καὶ αὐτῦ ἐκράτησε Κῦρος.

Quae Plutarchi criminatio continuo restinguetur collato loco Herodoteo, qui est I, 160 seqq. Unde primum efficitur hoc: quae summatim tantum paucis tradiderit Charon, eadem ab Herodoto curatius et suis quaeque caussis fuisse exposita. Quo ipso apparet illud: tantum abesse, ut Lampsacenus ab historiae patre dissentiat, ut potius illius narratio ne intelligi quidem recte queat [6]), nisi hoc addideris ex loco Herodoti: Pactyam a Persis esse comprehensum consciis Chiis. Nam cum tunc quidem navibus prorsus careret Cyrus, fieri non potuit, ut hominem caperet in insulam transvectum, nisi

6) Locus Plutarcheus (ex Herodoto rescriptus) initio Cap. 20 de Malign. ita mutilus est, ut eum conjecturâ probabiliter restitui posse desperet ipse summus Wyttenbachius. Leviorem maculam, vel potius operarum errorem: πονῆσαι pro ποιῆσαι abstersit Larcher l. l. Idem in ipso Herodoti contextu Cap. 160 sub fin. pro ἀπείχετο conjecit ἀπέργετο arcebantur; quam tamen emendationem prior protulit Koen ad Gregorium Pag. 201 seq. quod fugit Larcherium et Borheckium, vid. hujus Apparat. Pag. 701. Vim vocis ἄρτι, quae in Charonis loco obtinet, quâ notat: primo, rariorem esse judicavit Sevin. Pag. 61, in rem advocans Hesychium. Nunc consulenda est summi Ruhnkenii disputatio de ejus vocis significationibus ad Timaeum Pag. 50 seq., nec minus consulendi interprett. ad Thom. Mag. ed. Bernard. Pag. 112, Moeris ed. Pierson Pag. 68, Vigerus ed. Hermanni Pag. 386.

sponte sua Chii eundem voluissent Persis tradere. Haec ipsa bene monuit, contra Plutarchum, ad Herodoti l. l. Larcherius, quem tamen latuit eadem jam multo antea vidisse Sevinium in Memoir. de l'acad. des Inscr. Pag. 60, qui quidem consulto hoc opinatur a Charone brevius fuisse traditum, quo Chiorum gratiam aucuparetur.

Neque magis persuadebit nobis Plutarchus Herodotum, malignitate ductum, luxasse corrupisseque ea, quae hic de Jonum Atheniensiumque expeditione, ad Sardes factâ V, 99 seq. tradiderit, reticuisseque praeclarum Eretriensium hac in re facinus. Quo in loco philosophus (Malign. Herodot. Pag. 459, ed. Wytt. 7)) iterum patris historiae auctoritatem auctoritate aliorum, ut Lysaniae Mallotae 8) Charonisque, tanquam contraria tradentium, infringere studuit, haec hujus verba adscribens:

7) Cujus loci lacunam sic explet Wyttenbachius: Ἤδη γὰρ ὡς τῶν περὶ τὴν Ἰωνίαν συγκεχυμένων. Aliam rationem inierat Valkenaer ad Herodot. l. l.

8) Λυσανίας ὁ Μαλλώτης ἐν τοῖς περὶ Ἐρετρίας. Ejus hominis mentionem frustra quaesieris in Vossii opere de historicis Gr. Supplevit igitur Mallinkrot in Paralipom. de histor. Gr. Pag. 72, nec minus diligentissimus Jonsius in libro de scriptor. Hist. philos. Pag. 147, qui hunc Lysaniam ab alio, vel aliis, accurate distinguere studuit.

Ἀθηναῖοι δὲ εἴκοσι τριήρεσιν ἔπλευσαν ἐπικουρήσοντες τοῖς Ἴωσι, καὶ εἰς Σάρδεις ἐστρατεύσαντο· καὶ εἷλον τὰ περὶ Σάρδεις ἅπαντα, χωρὶς τοῦ τείχους τοῦ βασιληΐου· ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἐπαναχωροῦσιν εἰς Μίλητον.

Pertinent haec ad Jonici initia belli, cujus aetatem paullo antea signavimus. Jam quod Plutarchus maligne ab Herodoto traditum dicit: Jones, post incensas Sardes, a Persis victos ad naves confugisse insequentibus acriter hostibus: Charon contra hoc solum memoret: rediisse eosdem Miletum: Sevinius Pag. 62 eodem fere modo historiae patrem a malignitatis crimine liberare instituit, quo paullo supra vidimus, nimirum a Charone, qui eam rem extremis tantum lineis descripserit, solum reditum memorari, ab Herodoto, qui altius in singula descenderit, nec illud taceri, quod factum fuerit sub istum reditum. Quod equidem verissime pronuntiatum arbitror. 9)

9) Hactenus tamen abire videtur ab Herodoto Charon, quatenus Sardium expugnationem solis Atheniensibus tribuit, quam gloriam Eretriensibus vindicare studuit Lysanias, cf. Valkenaer ad Herodot. Pag. 428. In Charonis verbis τὸ τεῖχος τὸ βασιλήϊον arcem esse docet Hemsterhusius in egregia disputatione de Sardibus a Cyro captis ad Luciani Contempl. Vol. III, Pag. 385 Bip. Notum est ex narratione Herodoti I, 84 de Mele Lydorum rege, hujus negligentia factum esse, ut expugnari posset, unde ingeniose illustravit donarium illud

Neque vero minus uterque Charonis locus, quem Plutarcho debemus, eo mihi videtur facere, ut inde discas, quae illius fuerit, in Persicis certe, narrandi indoles et ratio. Cognoscimus scriptorem, quales fuerunt sub historiae primordia, qui, ut Ciceronis de Orator. II, 12 verbis utar, sine ullis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum relinquerent: caussis rerum traditarum adscribendis operam non darent. Et vero aliunde quoque

leonis a Croeso Delphos missum (Herodot. I, 50) doctissimus Voelkel in commentatione, inserenda commentariis Societatis Antiquariorum Cassellanae. Est Meles rex in fragmentis Nicolai Damasceni, vid. Pag. 36, ed. Orell et Pag. 186 ibiq. Valesii notam, adde Wesseling. ad Herodot. I, 84. A Polyaeno duplex exponitur arcis Sardianae per fraudem a Cyro occupatae narratio, repetita e diversis scriptoribus. Posteriorem VII, 6 §. 13. a Ctesiâ fluxisse docuit Hemsterhusius l. l.: prior, vid. ibid. §. 3, quem auctorem habeat, idem se fatetur ignorare. Fortasse in hac ipsa fragmentum latet Charonis, quem historicum a Polyaeno lectitatum exscriptumque saepius esse infra demonstrabimus. Eandem urbem quibus artibus ceperit Lagoras Antiochi exercituum dux narrat Polybius Tom. II, Pag. 615, qui eam munitissimam dicit. Ibi Schweighaeuserus advocat Xenophontis Cyri Discipl. VII, 2, 3 in ea narratione, quae huc facit, de Cyro Sardes adorto, ad quem locum Schneiderus Charonis nostri non oblitus est.

probabile fit, non aliter sese dedisse in historiâ condendâ Charonem. Nam primum duo sola ipsius Περσικῶν numerantur a Suidâ volumina, quae, ut credideris amplissima fuisse, quod mihi tamen vix cadere videtur in tam prisca tempora, ita summis tantum rebus exhibendis potuisse sufficere credibile fit eo, quod non nascentes solum Persarum, Cyro rege, opes, sed florentes, quin etiam, si ad Persica pertinent, quae supra de Themistocle adscripsimus, paullatim labentes complexa sunt. Quo ipso intelligi videtur posse illud Dionysii, loco supra laudato Pag. 769 de Thucyd. sperasse Herodotum se praestantius quidpiam expromturum, quam Charonem, quam Hellanicum. Hunc quidem diserte in iis scriptoribus ponit Cicero, quos artis uberioris expertes fuisse judicat: Qualis apud Graecos Pherecydes, Hellanicus, Acusilaus fuit, aliique permulti, talis noster Cato et Pictor et Piso.

Tertium locum e Persicis debemus Athenaeo (Tom. III, Lib. IX, Pag. 458 Schweigh.), quem exscripsit Aelianus V. H. I, 15. Ille quidem prior ita:

Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς, ἐν τοῖς Περσικοῖς, περὶ Μαρδονίȣ ἱϛορῶν, καὶ τȣ̃ διαφθαρέντος ϛρατȣ̃ Περσικȣ̃ περὶ τὸν Ἄθω, γράφει καὶ ταῦτα· „Καὶ λευκαὶ περιϛεραὶ τότε πρῶτον εἰς Ἕλληνας ἐφάνησαν, πρότερον ȣ̓ γιγνόμεναι."

Quae quo pertineant, satis declarant verba Athenaei, nimirum ad expeditionem Dario

Hystaspidâ rege factam. Eandem tempestatem, qı â Persarum naves fractae, memorat etiam Herodotus VI, 44, qui tamen, cum haec de columbis tradita reticeat, hoc certe loco Charone minus cupidus prodigiorum reperietur narrator. Neque vero minus ex hujus loco altero I, 138 10) lucem lucratur haec ipsa fama, cujus memoriam retinere ille antiquior non dedignatus est. Inde enim intelligimus Persas detestatos fuisse columbas albas, ut adeo earundem advolatus jam non posset non pro funestissimo portento haberi.

10) Ejus loci haec: *ξεῖνον δὲ πάντα τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ τουτέων πολλοὶ ἐξελαύνουσι ἐκ τῆς χώρης*, manifesto corrupta variis conjecturis tentarunt eruditi; quarum utrum Ruhnkenianam *πομποί* praeferam ambigo, an eam, quam Coray in notis ad Larcherii interpretationem Gall. Tom. I, Pag. 422 exemplis e Sophocle repetitis firmare studuit, a Schaefero quoque viro doctissimo receptam: *πάλιν*. Sophocleus quidem usus quantopere Herodoteo congruat, norunt utriusque studiosi. Illud *πάλιν* etiam contrarium notat et vitium in compositis, vid. Ruhnken. l. l. P. 205, ut *παλιναίρετος*. Inde corrigendum arbitror locum Ciceronis, quae disputatio tamen longior est, quam pro hujus notulae angustiis. Contra *πάλιν* vitio irrepsisse in textum Scylacis conjecit Is. Vossius. Cujus emendationem *Παλαίτυρος* Abrah. Gronov. in notis mscr. (Geographica antiq. Pag. 101) in textu reposuit.

Sequuntur Ἑλληνικὰ, in quibus potuisse ea tradi, quae supra de fuga Themistoclis ex Plutarcho protulimus, nemo non intelligit et ibidem monuimus. Nec minus in proclivi est conjicere potuisse inter se permutari Charonis Characisque Ἑλληνικὰ v. c. in Stephano Byzantio s. v. Ἀδράςεια, ubi Χάραξ laudatur Ἑλληνικῶν δευτέρῳ· Sed quod certiore judicio ad Hellenica referas, est illud apud Pausaniam in Phocicis capit. ultim. Pag. 303 Fac. Exponitur ibi narrationum differentia de carminibus Naupactiis: Τὰ δὲ ἔπη τὰ Ναυπάκτια (sic semper Pausanias, alii scriptores: Ναυπακτικὰ, vid. Fac.) ὀνομαζόμενα ὑπὸ Ἑλλήνων ἀνδρὶ ἐσποιῦσιν οἱ πολλοὶ Μιλησίῳ·

Χάρων δε ὁ Πύθεω Φησιν αὐτὰ ποιῆσαι Ναυπάκτιον Καρκίνον. ἑπόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς τῇ τῦ Λαμψακηνῦ δόξῃ· τίνα γὰρ καὶ λόγον ἔχοι ἂν ἔπεσιν ἀνδρὸς Μιλησίῦ πεποιημένοις ἐς γυναῖκας, τεθῆναί σφισιν ὄνομα Ναυπάκτια;

Vides Pausaniae scriptoris nostri probari sententiam, in re plurimorum opinionibus agitata. Ab eodem Pausania Messeniac. Cap. 2 Naupactia poëmata in eodem ordine numerantur, quo Eoeae, in quibus feminae illustres in fabulis cum cujuslibet prosapiâ. Ac de illis carminibus qui plura discere cupiat, adeat Heynii notata ad Apollodor. Pag. 359 et Groddeckii in Bibliothek der alten Literatur und Kunst, Partic. II, Pag. 90 seqq.

Proximum est illud scriptum, quo patriae ipse suae origines tradiderat Charon. Atque in rebus Lampsaci narrandis inter celebriores ejus urbis cives historicum nostrum Strabo Lib. XIII, Pag. 882 refert. Quo in loco usus videri potest ipso illius opere. Nam quod Lampsacum antiquitus Πιτύυσαν dictam ait, id et a Charone traditum fuisse continuo apparebit ex hujus fragmento, quod servatum a Plutarcho proxime subjiciemus. Alii eandem Πιτύειαν vel Πιτύαν vocatam tradiderant [11]. Strabo tamen hanc posteriorem, sive Πιτύειαν dixeris sive Πιτύαν, diversam faciens a Lampsaco urbe, collocat in confiniis Parii. Illius nominis ratio ferebatur duplex, altera deducta ex laeto pinuum [12]

11) Reliqua illius urbis nomina enumerat Wasse ad Thucyd. Lib. VI, 59, Pag. 89, ed. Beck.

12) Cujus rei mireris neque meminisse senem illum Lampsacenum apud Herodotum VI, 37, neque Herodoti interpretes. Etenim Lampsacenis, qui Miltiadem, sese adortum, ceperant, Croesus Lydorum rex missum facere hominem praeceperat his additis minis, quae deinde in proverbium cessere: εἰ δὲ μὴ σφέας πίτυος τρόπον ἐκτρίψειν. Civibus dubitantibus, cur pinum potius diceret quam reliquarum quamvis arborum (sic enim explicanda est haec dubitatio), tandem senex exorsus ejus rei caussam eam dixit, quod una solaque pinus arborum omnium caesa numquam denuo ex iisdem radicibus pullularet. Quod ipsum de quavis arbore verius dici jam docuit Gellius N. A. VIII, 4. Falsam itaque senis illius

in iis oris proventu, quam Homerum secutum esse tradiderat Epaphroditus, vid. Stephan.

interpretationem esse nemo non intelligit: vera adhuc latuit, nisi forte Gellius eam exputaverat loco integro, cujus nunc tantum epitomen legimus. Quid? si dixeris Croesum, antiquum urbis nomen spectantem, hanc animo concepisse sententiam, quam Graece quidem sic pronunties: Πιτυόεσσαν πίτυος τρόπον ἐκτρίψω vel: Πιτυοεσσηνὰς πίτυος δίκην ἐκτρίψω. Minime enim placet Bentleii ratio, qui in disputatione de epistolis Phalaridis Pag. 246, ed. Lips. in quibus eadem sententia legitur, probare studuit Herodotum hoc dictum a se inventum affinxisse Croeso, habendumque id ipsum esse orationum numero, ab historicis conscriptarum. Hoc si largiaris, non affinxisse solum Herodotus dicendus erit, sed finxisse ipsam fabulam quandam de dubitatione objectâ Lampsacenis ex minarum ambiguitate, de sermone inter eosdem instituto, de senis prudentia. Qualia si ab historico profecta creduntur figmenta ingenii vel mendacia potius, equidem, ut dicam, quod sentio, vereor, ne magnam historiae partem tollamus. Neque eo trahenda sunt Gellii verba, sed huc potius: Herodotum in eo lapsum esse, quod judicaret senem illum de pinu verum dixisse (τὸ ἐὸν). Itaque haud scio, an ille hoc quidem loco abreptus cupiditate convincendi adversarii Boylei, nimium tribuerit isti observationi de orationibus historicorum. Illud denique huc facere videtur, a nemine, quod sciam, huic loco adhibitum, quod apud Artemidorum est in Oneirocrit. Lib. II, Cap. 25, Pag. 183, ed. Reiff: πίτυς καὶ στρόβιλοι ἀηδίας καὶ φυγῆς σημαντικά. Unde fortasse colligas fuisse

Byz. in Λάμψακος, Homeri locus est Iliad. II, 827, ad quem confer. Schoenemann de Geographiâ Homeri Pag. 105 et Heyne in Observv. Pag. 412; altera e thesauro, quem Phrixus ibi abscondisse dicebatur.

Nec magis conveniebat in narrandâ Lampsaci origine. Quam urbem florentem mercatura opibusque nonnulli a Lampsaco quodam Phocaeo nomen invenisse tradebant, vid. Grammaticum anonym. apud Is. Vossium ad Melam Pag. 657, ed. Gronovii. Diversa erat ea sententia, cujus auctorem Deiochum vel potius, si Meursium audias, Deilochum Cyzicenum dicit Stephanus Byz. l. l.: Lampsacum ex eo nomen traxisse, quod Phocaeis consulentibus, in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, ubi primum fulsisset sedem capessere. Verba sunt Melae Lib. I Cap. 19 init. cf. Etymologic. magn. s. v. Λαμψακ. Unde docte, ut adsolet, explicat Eckhel typum lampadis ardentis, obvium in tetradrachmis ea in urbe signatis cum epigraphe Alexandri magni Doctr. Num. Vet. Part. I, Vol. II, Pag. 102. Caeterum Deilochus in his secutus erat communem scriptorum consuetudinem, qui maxime in urbium populorumque originibus etymologiarum studiosis-

antiquam opinionem de pinuum infelicitate, quam secutus Croesus ita minatus sit. Quae interpretatio si cui facilior videatur illâ priore de Pityoessâ, equidem non refragabor.

simi essent. Tertiam denique, quam et ipse Stephanus eamque primo loco memorat, auctore tamen omisso, amplexus erat ipse Charon hanc: Lampsacum nomen invenisse a Lampsace Mandronis filiâ.

Qua de re luculenta est narratio apud Plutarchum de virtutibus mulierum Tom. II, Part. II, Pag. 45 seq. Wyttenbach, cujus auctorem Charonem perhibet philosophus, diligentior Polyaeno, qui eadem refert, omissâ fontis, unde ea fluxerint, notitiâ, vid. ejus librum VIII, (cujus maximam partem ex illo Plutarchi opere exscriptum esse monuit Wyttenbachius in Praefatione ad Plutarchi Moralia Pag. XLI) Capite 37, in nonnullis discedens ab illo, quae observarunt interpretes. Ea vero sic habent:

Ἐκ Φωκαίας τοῦ Κοδριδῶν γένους, ἦσαν ἀδελφοὶ δίδυμοι Φόβος καὶ Βλέψος· ὧν ὁ ἀπὸ τῶν Λευκάδων πετρῶν πρῶτος ἀφῆκεν ἑαυτὸν εἰς θάλασσαν, ὡς Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱϛόρηκεν. Ἔχων δὲ δύναμιν καὶ βασιλικὸν ἀξίωμα, παρέπλευσεν εἰς Πάριον, ἰδίων ἕνεκα πραγμάτων· καὶ γενόμενος φίλος καὶ ξένος Μάνδρωνι βασιλεύοντι Βεβρύκων τῶν Πιτυοεσσηνῶν προσαγορευομένων, ἐβοήθησε καὶ συνεπολέμησεν αὐτοῖς ὑπὸ τῶν προσοίκων ἐνοχλουμένοις. Ὁ δὲ Μάνδρων ἄλλην τε πολλὴν ἐνεδείξατο τῷ Φόβῳ φιλοφροσύνην ἀποπλέοντι καὶ μέρος τῆς τε χώρας καὶ τῆς πόλεως ὑπισχνεῖτο δώσειν, εἰ βούλοιτο Φωκαεῖς ἔχων ἐποίκους εἰς τὴν Πιτυόεσσαν ἀφικέσθαι. Πείσας οὖν τοὺς πολίτας ὁ Φόβος

ἐξέπεμψε τὸν ἀδελφὸν ἄγοντα τὰς ἐποίκους. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Μάνδρωνος ὑπῆρχεν αὐτοῖς ὥσπερ προσεδόκησαν· ἀφελείας δὲ μεγάλας καὶ λάφυρα καὶ λείας ἀπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων λαμβάνοντες, ἐπίφθονοι το πρῶτον, εἶτα καὶ φοβεροὶ τοῖς Βέβρυξιν ἦσαν. Ἐπιθυμοῦντες οὖν αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι, τὸν μὲν Μάνδρωνα χρηστὸν ὄντα καὶ δίκαιον ἄνδρα περὶ τοὺς Ἕλληνας οὐκ ἔπεισαν· ἀποδημήσαντος δὲ ἐκείνου, παρεσκευάζοντο τοὺς Φωκαεῖς δόλῳ διαφθεῖραι. Τοῦ δὲ Μάνδρωνος ἡ θυγάτηρ Λαμψάκη, παρθένος οὖσα, τὴν ἐπιβουλὴν προέγνω, καὶ πρῶτον ἐπέχειρε τοὺς φίλους καὶ οἰκείους ἀποτρέπειν, καὶ διδάσκειν ὡς ἔργον δεινὸν καὶ ἀσεβὲς ἐγχειροῦσι πράττειν, εὐεργέτας καὶ συμμάχους ἄνδρας, νῦν δὲ καὶ πολίτας ἀποκτιννύντες. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, τοῖς Ἕλλησι ἔφρασε κρύφα τὰ πραττόμενα, καὶ παρεκελεύσατο φυλάττεσθαι. Οἱ δὲ, θυσίαν τινὰ παρασκευασάμενοι καὶ θοίνην, ἐξεκαλέσαντο τοὺς Πιτυοεσσηνοὺς εἰς τὸ προάστειον· αὐτοὺς δὲ διελόντες δίχα, τοῖς μὲν τὰ τείχη κατελάβοντο, τοῖς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνεῖλον. Οὕτω δὴ τὴν πόλιν κατέχοντες, τόν τε Μάνδρωνα μετεπέμποντο συμβουλεύειν 13) τοῖς παρ' αὐτῶν

13) **Wyttenbachius** censet fortasse rectius esse *συμβασιλεύειν*, quod unus codex exhibet. **Sevin** in comment. laud. Pag. 68 conjicit *σύμβασιλεύειν αὐτοῖς παρόντα κέλευοντες*. Qua de re sententiam exspecto doctissimi **Moralium** interpretis.

Quem **Plutarchus** Φόβον dicit, eundem Φόξον **Polyaenus**, quod nomen tamen ex illo refingendum censet **Casaubonus**. **Bebryces** ab **Homero** non memoratos monet **Strabo** Pag. 832. Duos popu-

κελεύοντες· καὶ τὴν Λαμψάκην ἐξ ἀῤῥωςίας ἀποθανȣ̃σαν, ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει μεγαλοπρεπῶς, καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς Λάμψακον προσηγόρευσαν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μάνδρων προδοσίας ὑποψίαν φεύγων, τὸ μὲν οἰκεῖν μετ' αὐτῶν παρῃτήσατο, παῖδας δὲ τῶν τεθνηκότων καὶ γυναῖκας ἠξίωσε κομίσασθαι· καὶ ταῦτα προθύ-

los, quibus Bebrycum nomen, numerat Stephanus Byzantius s. h. v. Alterum, praeter Mandronem, regem illorum cognoscere licet e Clemente Alex. Strom. I, Pag. 363 Pott., qui eum in rerum inventores refert: Ἄμυκός τε ὁ Βεβρύκων βασιλεὺς ἱμάντας πυκτικοὺς πρῶτος εὗρε, quae fortasse e Charone fluxerunt, nisi ex aliquo scriptore περὶ εὑρημάτων malis. Caestu Argonautas quoque provocavit Amycus, unde a Polluce sternitur, vid. Orph. 659, (quem locum nuper emendavit Hermann, probante Vossio in Act. liter. Jenens. 1805, Nr. 142.) Apollon. Rhod. II initio, adde Heynii Observv. ad Apollod. Pag. 67 et notam criticam Pag. 181, Lenzii ad Ovid. Metamorph. V, 108. Caeterum ex Apollonii Scholiastae l. supra laud. probabiliter colligas Charonem Argonautarum quoque res attigisse. — De Bebrycibus consule Vaillant Imper. Achaemenid. Tom. II, Pag. 292. Quod Plutarchus Charonis fide narrat, a Phobo fratrem geminum Blepsum missum, qui Phocaeos colonos in Bebryciam deduceret, inde mihi explicari posse videtur Lampsacenorum numus, in quo caput juvenile biceps, cujus significationem incertam dicit Eckhelius D. N. V. Part. I, Vol. II, Pag 457. Illius urbis primordia in Olympiada 31 referenda sunt, auctore Eusebio.

ἐξέπεμψε τὸν ἀδελφὸν ἄγοντα τοὺς ἐποίκους. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Μάνδρωνος ὑπῆρχεν αὐτοῖς ὥσπερ προσεδόκησαν· ὠφελείας δὲ μεγάλας καὶ λάφυρα καὶ λείας ἀπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων λαμβάνοντες, ἐπίφθονοι το πρῶτον, εἶτα καὶ φοβεροὶ τοῖς Βέβρυξιν ἦσαν. Ἐπιθυμοῦντες οὖν αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι, τὸν μὲν Μάνδρωνα χρηστὸν ὄντα καὶ δίκαιον ἄνδρα περὶ τοὺς Ἕλληνας οὐκ ἔπεισαν· ἀποδημήσαντος δὲ ἐκείνου, παρεσκευάζοντο τοὺς Φωκαεῖς δόλῳ διαφθεῖραι. Τοῦ δὲ Μάνδρωνος ἡ θυγάτηρ Λαμψάκη, παρθένος οὖσα, τὴν ἐπιβουλὴν προέγνω, καὶ πρῶτον ἐπεχείρει τοὺς φίλους καὶ οἰκείους ἀποτρέπειν, καὶ διδάσκειν ὡς ἔργον δεινὸν καὶ ἀσεβὲς ἐγχειροῦσι πράττειν, εὐεργέτας καὶ συμμάχους ἄνδρας, νῦν δὲ καὶ πολίτας ἀποκτιννύντες. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, τοῖς Ἕλλησι ἔφρασε κρύφα τὰ πραττόμενα, καὶ παρεκελεύσατο φυλάττεσθαι. Οἱ δὲ, θυσίαν τινὰ παρασκευασάμενοι καὶ θοίνην, ἐξεκαλέσαντο τοὺς Πιτυοεσσηνοὺς εἰς τὸ προάστειον· αὐτοὺς δὲ διελόντες δίχα, τοῖς μὲν τὰ τείχη κατελάβοντο, τοῖς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνεῖλον. Οὕτω δὴ τὴν πόλιν κατέχοντες, τόν τε Μάνδρωνα μετεπέμποντο συμβουλεύειν 13) τοῖς παρ᾽ αὐτῶν

13) **Wyttenbachius** censet fortasse rectius esse *συμβασιλεύειν*, quod unus codex exhibet. **Sevin** in comment. laud. Pag. 68 conjicit *σύμβασιλεύειν αὐτοῖς παρόντα κέλευοντες*. Qua de re sententiam exspecto doctissimi Moralium interpretis.

Quem **Plutarchus** Φόβον dicit, eundem Φόξον **Polyaenus**, quod nomen tamen ex illo refingendum censet **Casaubonus**. **Bebryces** ab **Homero** non memoratos monet **Strabo** Pag. 832. Duos popu-

κελεύοντες· καὶ τὴν Λαμψάκην ἐξ ἀῤῥωςίας ἀποθανȣσαν, ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει μεγαλοπρεπῶς, καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς Λάμψακον προσηγόρευσαν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μάνδρων προδοσίας ὑποψίαν φεύγων, τὸ μὲν οἰκεῖν μετ' αὐτῶν παρῃτήσατο, παῖδας δὲ τῶν τεθνηκότων καὶ γυναῖκας ἠξίωσε κομίσασθαι· καὶ ταῦτα προθύ-

los, quibus Bebrycum nomen, numerat Stephanus Byzantius s. h. v. Alterum, praeter Mandronem, regem illorum cognoscere licet e Clemente Alex. Strom. I, Pag. 363 Pott., qui eum in rerum inventores refert: Ἀμυκός τε ὁ Βεβρύκων βασιλεὺς ἱμάντας πυκτικὰς πρῶτος εὗρε, quae fortasse e Charone fluxerunt, nisi ex aliquo scriptore περὶ εὑρημάτων malis. Caestu Argonautas quoque provocavit Amycus, unde a Polluce sternitur, vid. Orph. 659, (quem locum nuper emendavit Hermann, probante Vossio in Act. liter. Jenens. 1805, Nr. 142.) Apollon. Rhod. II initio, adde Heynii Observv. ad Apollod. Pag. 67 et notam criticam Pag. 181, Lenzii ad Ovid. Metamorph. V, 108. Caeterum ex Apollonii Scholiastae l. supra laud. probabiliter colligas Charonem Argonautarum quoque res attigisse. — De Bebrycibus consule Vaillant Imper. Achaemenid. Tom. II, Pag. 292. Quod Plutarchus Charonis fide narrat, a Phobo fratrem geminum Blepsum missum, qui Phocaeos colonos in Bebryciam deduceret, inde mihi explicari posse videtur Lampsacenorum numus, in quo caput juvenile biceps, cujus significationem incertam dicit Eckhelius D. N. V. Part. I, Vol. II, Pag. 457. Illius urbis primordia in Olympiada 31 referenda sunt, auctore Eusebio.

μως ȣ̓δὲν ἀδικήσαντες ἐξέπεμψαν, καὶ τῇ Λαμψάκῃ πρότερον ἡρωϊκὰς τιμὰς ἀποδιδόντες, ὕϛερον ὡς θεῷ θύειν ἐψηφίσαντο· καὶ διατελȣ̃σιν ȣ̃τω θύοντες.

Ex hoc Charonis scripto multa fluxisse probabile est, quae passim apud veteres leguntur de antiquitatibus Lampsacenis. In quibus fortasse illud est Thucydidis VI, 59 de Pisistratide Hippiâ, qui filiam suam Archedicen Hippocli Lampsacenorum tyranni filio in matrimonium dedit. Nec minus illa, quae mirabilium auscultationum scriptor, qui vulgo Aristoteles habetur, tradit Cap. 137, de fonte quodam Lampsaceno, in quo mures terrestres vivere soleant, nisi haec ipsa Theopompi sunt, cujus reliqua ibi memorata esse docet Beckmann ad h. l. Pag. 278. Ex eodem Charonis scripto fortasse repetita sunt ea, quae apud Diogenem Laertium II, 11 de Anaxagorâ philosopho narrantur, qui Lampsacenos montes dixerat aliquando solum marinum futuros, nisi tempus defecerit, cujus loci non oblitus est doctissimus Carus in egregio libello de Anaxagora Pag. 29. 14) Aetas certe patitur, ut de Anaxagorâ scribere potuerit historicus Lampsacenus, qui hoc philosopho viginti tantum annis major fuerit, si nimirum meam rationem sequaris.

14) Illa vero, ut hoc digrediens moneam, quae apud Diog. Laert. II, §. 14 Anaxagoras moriens traditur dixisse, fortasse desumta sunt ex Artemonis Ὅροις κλαζομενίοις, si illorum verborum argumentum cogites. Hoc scriptum, praeter caeteros, laudat Aelianus Hist. Anim. XII, 38.

Sed ne meris conjecturis justo diutius immorari videamur, proferamus reliqua, quae e rebus Lampsacenis Charonis nomine addito narrantur. Quo pertinet illud apud Scholiasten Apollonii II, 2:

Χάρων δὲ φησι καὶ τὴν Λαμψακηνῶν χώραν πρότερον Βεβρυκίαν καλεῖσθαι ἀπὸ τῶν κατοικησάντων αὐτὴν Βεβρύκων, τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἠφανίσθαι διὰ τοὺς γενομένους πολέμους.

Neque enim audiendum esse G. J. Vossium, qui de Hist. Gr. Pag. 468 haec ad Apollonii familiarem refert, facile intelligitur collato Plutarchi loco, quem proxime exhibuimus, ubi haec eadem Lampsaceno tribuuntur. Illud vero recte dubites, utrum, quod Scholiastes habet, fluxerit e scripto περὶ Λαμψάκου, an ex Ὅροις Λαμψακηνῶν, quos tanquam plane diversos ab illo altero opere sejunxit Suidas. Illud quidem versatum fuisse in limitibus vel finibus Lampsacenorum adeoque agro describendis ex ipso libri titulo patet. In eodem tamen scripto et per se credibile est et arguunt fragmenta Charonem operam dedisse describendis oppidis, quae Lampsaceno imperio parerent, eorumque originibus rebusque tradendis. Et latissime patebat ejus urbis, donec opibus florebat, ager, cujus pars Abarnis dicebatur 15), subdi-

15) Quae a Venere nomen invenit Priapum a se partum negante. Stephan. B. s. Ἄβαρνις (ubi perperam laudatur Herodotus; scribendum Herodorus, vid.

taque illius imperio haec oppida, quorum per veterum libros numosque mentio fit, Percote, Colonae, Gergethium, Myrmessus, alia.

E Lampsaceni agri descriptione desumtum esse arbitror, quod Strabo Lib. XIII, Pag. 873 commemorat de finibus Troadis. Ubi, postquam exposuit, quo loco Homerus, Damastes, Eudoxus ejus regionis terminos posuerint, haec addit:

*Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς τριακοσίους ἄλλους ἀφαιρεῖ σταδίους, ἀπὸ Πρακτίου ἀρχόμενος· τοσοῦτοι γάρ εἰσιν ἀπὸ Παρίου εἰς Πράκτιον· ἕως μέντοι Ἀτραμυττίου πρόεισι.*

Holstenium. Quae confusio frequens per veterum libros, monente etiam Heynio ad Apollodor. Pag. 76. Herodorus collegerat *τὰ καθ' Ἡρακλέα*) adde Schol. Apollon. I, 933. Vulgatum Priapi apud Lampsacenos cultum ejus urbis numi arguunt, veluti ii, qui nuper descripti in Catalogo Musei Arigoniani, Pag. 64, in quibus Priapus est in hermam desinens vel lapidem quadratum. De cujus numinis ratione monuit Heinrich in Commentat. de Hermaphroditis Pag. 33. Ut de Percote videamus, in Homero Il. II, 827 seqq. interpretes lectionem *Περκώτη* praetulerunt alteri *Περκώπη*, vid. Heynii Observv. Vol. VI Pag. 160 coll. IV Pag. 412. In Herodoto V, 117 item alii codices *Περκώτη*, alii *Περκώπη*. — De hoc oppido confer. praeterea Orphei Argonaut. 486 seq. ibiq. Schneider Pag. 133. Scylax Pag. 84. Xenophont. Exped. II, 1, 19. Strabo Pag. 877. De Priapo oppido vid. Scholiast. Theocrit. I, 21.

Subjicitur Scylacis testimonium de Troadis finibus, de quo vid. Geographica antiqua Pag. 85. De Pario infra dicemus. Practium Strabo in proximis ipse attigit Pag. 883, ubi eos falli dicit, qui urbem hoc nomine fuisse perhibeant. Quo de flumine conferenda nunc ea sunt, quae disputavit Mannert in Geogr. Gr. et R. VI, 3, Pag. 517. In universam rem consulendi recentiores, qui plurimi Troadis situm memorabiliaque explicuerunt, adde Schoenemanni Geograph. Homer. Pag. 98 et Heynii Observv. ad Homer. Tom. V, Pag. 596.

Charonis ὄρων librum secundum citat Athenaeus Libr. XII, Cap. 19, in ea narratione, quâ Cardiani a Bisaltis eo dicuntur devicti, quod illorum equi docti fuissent ad tibiam saltare:

Βισάλται ἐις Καρδίην ἐστρατεύσαντο, καὶ ἐνίκησαν· ἡγεμὼν δὲ τῶν Βισαλτέων ἦν Ὄναρις· (ηαρις h. l. Mscr.) οὗτος δὲ, παῖς ὢν, ἐν τῇ Καρδίῃ ἐπράθη· καί τινι Καρδιηνῷ δουλεύσας, κουρεὺς ἐγένετο. Καρδιηνοῖς δὲ λόγιον ἦν, ὡς Βισάλται ἀπίξονται ἐπ' αὐτούς· καὶ πυκνὰ περὶ τούτου (τούτων vulgo) διελέγοντο ἐν τῷ κουρεῖῳ ἱζάνοντες· καὶ ἀποδρὰς ἐκ τῆς Καρδίης εἰς τὴν πατρίδα, τοὺς Βισάλτας ἔστειλεν ἐπὶ τοὺς Καρδιηνοὺς, ἀποδειχθεὶς ἡγεμὼν ὑπὸ τῶν Βισαλτέων· οἱ δὲ Καρδιηνοὶ πάντες τοὺς ἵππους ἐδίδαξαν ἐν τοῖς συμποσίοις ὀρχεῖσθαι ὑπὸ τῶν αὐλῶν· καὶ ἐπὶ τῶν ὀπισθίων ποδῶν ἱστάμενοι, τοῖς προσθίοις ὠρχοῦντο ἐξεπιστάμενοι τὰ αὐλήματα· ταῦτα οὖν ἐπιστάμενος Ὄναρις, ἐκτήσατο ἐκ τῆς Καρδίης αὐλητρίδα· καὶ ἀφικομένη

ἡ αὐλητρὶς εἰς τȣ̀ς Βισάλτας, ἐδίδαξε πολλȣ̀ς αὐλητάς· 16) μεθ' ὧν δὴ καὶ στρατεύεται ἐπὶ τὴν Καρδίην· καὶ ἐπειδὴ ἡ μάχη συνειστήκει, ἐκέλευσεν αὐλεῖν τὰ αὐλήματα, ὅσα οἱ ἵπποι τῶν Καρδιηνῶν ἐξεπιϛαίατο· καὶ ἐπεὶ ἤκȣσαν οἱ ἵπποι τȣ͂ αὐλȣ͂, ἔϛησαν ἐπὶ τῶν ὀπισθίων ποδῶν, καὶ πρὸς ὀρχησμὸν ἐτράποντο· τῶν δὲ Καρδιηνῶν ἡ ἰσχὺς ἐν τῇ ἵππῳ ἦν· καὶ ȣ̔́τως ἐνικήθησαν.

Quae tamen res cum ad Thraciam pertineant et Chersonesum, haud temere quaeras, quomodo eaedem in opere de Lampsacenorum agro reponi potuerint. Ejus rei caussa succurrit duplex, eaque satis idonea: Nam primum, nemo nescit, quam arcte contineantur utriusque continentis

16) Nolo repetere, quae Schweighaeuserus ad h. l. Pag. 377 monuit, ut de vi vocis ὀρχεῖσθαι et de Jonicis formis in hoc fragmento obviis. Hoc addam: hunc usum τȣ͂ διδάξαι vel διδάξασθαι egregie explicatum esse ab Hemsterhusio ad Aristophan. Plut. Argument. Pag. 4 seq., qui etiam hujus Charonei loci meminit. Quocirca recte tuitus Heynius hoc Apollodori III, 4, 4, Pag. 259 ὅς παρὰ Χείρωνι κυνηγὸς ἐδιδάχθη, ubi rursus Pag. 332 Αἴσακος ὀνειροκρίτης διδαχθείς. Illud ὑπὸ τῶν αὐλῶν Herodoto quoque frequentatur, eodem sensu et casu adhibitum, ut I, 17, ubi vid. Wesseling. adde Valkenaer. Pag. 521. Graevii Lectt. Hesiod. Pag. 95. Bachium ad Xenophont. Sympos. VI, 3, unde discas frequentissimam esse illam rationem, rariorem alteram, qua tertius casus adjungitur, rarissimam eam, quae Accusativum admittit.

historiae: Asiae minoris, praesertim illius orae, quae Ponto et Propontide alluitur, et Thraciae Chersonesique, quoties hujus regionis barbari incursionibus petierint finitima Asiae, inprimis Mysiae, unde etiam Strabo Pag. 883 multa nomina Thracibus cum Troibus communia fuisse dicit, et de Phrygum ex Europa transitu in Asiam disputat auctore Xantho, loco infra proferendo, ut alia praeteream in re satis perspicuâ. Deinde, ut omnino multae coloniae in eas oras ex Asiâ minore deductae, sic Cardia a Milesiis primum et Clazomeniis condita fuerat. Quod eventum attigit Stephanus B. in Καρδία. Jam vero facile intellectu est, scriptori, qui Lampsaci confinia describere, civitatumque finitimarum res explicare instituerit, proclive fuisse in Joniae Thraciaeque historias altius descendere.

De prolatis Lampsaceni agri limitibus, insigni astutiâ ejus urbis civium, memorabilis locus est apud Polyaenum VI, 24, quem totum subjiciam:

*Λαμψακηνοὶ καὶ Παριανοὶ* 17) *περὶ γῆς ὁρίων ἀμφισβητοῦντες, συνέθεντο· ἡνίκα ὄρνιθες ᾄδωσι πρῶτοι,*

17) Πάριον nomen urbis, quod Scylaci restituit Is. Vossius, vid. Geogr. Antiq. Pag. 84. Eam a Milesiis, Erythraeis et Pariis insulanis conditam tradit Strabo Pag. 745 et 879 sine dubio et ipso Charone auctore. Errat Eckhel loco proxime laudando, quod a Strabone perhiberi dicit a solis incolis Pari insulae conditam, adde Pausaniam Boeotic. Cap. 27, qui insuper Ἔρωτα a Parianis

πέμψειν ἄνδρας ἐξ ἑκατέρας πόλεως ἐς ἀλλήλους· ὅπου δ᾽ἄν οἱ πεμφθέντες ἀπαντήσωσιν, τοῦτον ἀμφοτέροις ὅρον τῆς γῆς γενέσθαι· ἐπειδὴ ταῦτα ἔδοξεν, οἱ Λαμ-

praecipue cultum refert. Finitima erat ea regio, quae Ἀδράστεια vocabatur, cum urbe cognomine· Homer. Iliad. II, 822 seq., de qua inter veteres plurimum disputatum est, vid. Heynii Observv. ad l. l. Pag. 413. Stephani locum huc facientem supra laudavimus, ubi de Charace. Parii numos hactenus vel latentes vel aliis urbibus adsignatos primus accurate distinxit explicuitque Sestini, vid. Eckhel D. N. V. Part. I, Vol. II, Pag 458, adde Museum Arigon. Pag. 64. Illi numi, ut alios typos taceam, vel Cererem exhibent Parii herois matrem, vel ipsum Parium, Jasionis ex Cerere filium, vel aram, cujus Strabo meminit, Hermocreontis nobile opus, Lib. X, P. 746 et XIII, 879.

Nec ad Polyaeni locum repetam, quae interpretes monuerunt. Pauca subjiciam a me ipso observata: οἶνον; Lampsacenorum, Parianorum finitimorumque ager vitibus abundabat, unde Lampsacus Themistocli a Xerxe, vel, si Charonem audias, ab Artaxerxe εἰς οἶνον data: Strabo p. 879. Hinc explicandum in utriusque civitatis monetis Bacchi caput, vel nudum, vel hederâ coronatum, vid. Sestini ap. Eckhel Pag. 456. 460. — Ποσειδῶνι; celebrata Neptuni religio apud Lampsacenos, unde numi explicandi, vid. Eckhel l. l. ibiq. Cornut. de Nat. Deor. Cap 22. — Ἑρμαῖον; de hac voce infra agetur ad Xanthum, cujus insigne in hanc rem fragmentum exstat in Etymologico magno. — Παρίου — στάδια ὁ — σ'. In tabula Peu-

ψακηνοὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις θαλαττουργῶν ἔπεισαν τινας, ὅταν ἴδωσι τοὺς Παριανοὺς παριόντας, ἰχθῦς ἀφθόνως ἐπιβάλλειν τῷ πυρὶ, καὶ οἶνον πολὺν ἐπισπένδειν ὡς Ποσειδῶνι θύοντας, καὶ παρακαλεῖν αὐτοὺς μετ' εὐφημίας τιμῆσαι τὸν θεὸν, σπονδῶν κοινωνήσοντας· οἱ μὲν ἁλιεῖς - - - - οἱ δὲ (lacunam sic explendam censet Casaubonus: τοῦτ' ἐποίησαν) πεισθέντες τοῖς ἁλιεῦσι συνήσθιον καὶ συνέπινον τὸ σπουδαῖον τῆς πορείας ἀνέντες. Λαμψακηνοὶ δὲ συντείναντες ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον φθάσαντες ἦλθον· τοῦτο δὲ Παρίου μὲν ἀπέχει ςάδια ό, Λαμψάκου δὲ σ'· τοσαύτην γῆν ἀπέτεμον τῇ τέχνῃ Λαμψακηνοὶ Παριανῶν, μεθόριον συστησάμενοι τὸ Ἑρμαῖον.

Quae ipsa Charonis esse, eaque ex ὅροις desumta equidem pro comperto habeo. Nam primum, totius orationis color et indoles nescio quomodo antiquissimi scriptoris ingenium referunt, quod magis etiam sentiri posset, haec si Jonicum charactera retinerent. Gravior tamen altera ratio repetita ex argumento, quod quidem cum totum versetur in explicanda lite a Lampsacenis agitata super agri finibus: ejus scriptoris admonet, qui Lampsacenorum fines peculiari opere descripsit. Et potuit Polyaenus Charonem, quem a Plutarcho lectitatum esse vidimus, vel et ipse manibus tractasse, vel certe ali-

tinger. Parium a Lampsaco abest 22 mill., unde Mannert Geogr. Gr. et Rom. VI, 3, Pag. 522 putat pro ducentis septuaginta stadiis rectius numerari centum septuaginta.

quem scriptorem compilasse, qui illum suis ipse manibus tractaverit. Nec deest ejus rei exemplum in ipso Polyaeno, quem supra docuimus Lampsaces puellae historiam a Plutarcho mutuatum, qui in eadem diligentior Polyaeno Charonem auctorem laudavit.

Restat alius scriptoris nostri ex eodem opere locus apud Athenaeum XI, 49, Pag. 256 Schweigh. qui sic habet:

*Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τοῖς Ὥροις παρὰ Λακεδαιμονίοις φησίν ἔτι καὶ εἰς αὐτὸν δείκνυσθαι τὸ δέπας τὸ δοθὲν Ἀλκμήνῃ ὑπὸ Διὸς, ὅτε Ἀμφιτρύονι εἰκάσθη.*

Qui quoniam ultimus est eorum, qui nunc quidem ex Ὥροις succurrunt, commemoranda est insignis disputatio doctissimi Schweighaeuseri in notis ad Athenaeum Tom. II, Pag. 645, coll. Tom. VI, Pag. 129. Illum si audias, nunquam fuit Charonis scriptum de finibus sive limitibus. Is enim, cum vidisset a Lexicographis Graecis (in his ab Erotiano in Lexico Hippocrateo) plurimis ita doceri dixisse veteres, Jones maxime, annum ὧρον annaliumque scriptorem: ὡρογράφον, miratus, quid hoc rei esset, „quod in infinito numero librorum historicorum, quorum tituli ab eis scriptoribus, qui ad nostram aetatem supersunt, commemorantur, ne unus quidem in toto G. J. Vossii opere reperiatur, cujus in titulo vestigium conspiciatur vocabuli Ὧρος, a quo Ὡρογράφοι nomen

habuere:“ hoc ipsum vocabulum in titulos operum a Jonicis vel Joniae vicinis scriptoribus conditorum restituendum censuit, indeque permultos locos refinxit, inprimis Athenaei.

Hoc uti doctissimo viro largiamur subtilissime observatum esse locumque habere posse in aliorum scriptorum inscriptionibus plurimis, quae inde recte emendari videantur: de Charone tamen, licet et ipse in Jonicis historicis haberi debeat, vel maxime dubitandum esse arbitror. Nam primum, in utroque ejus scriptoris loco omnes Athenaei codices constanter tenent ὅροις et ὅρων 18), quod secus est in aliis locis, ubi fre-

18) Pro eo in multis Athenaei locis, observante Schweighaeusero, scriptum exstat ὡρῶν, proinde ac si nominativus esset ὧραι, quod varie verterunt interpretes, vid. ejus notam. Contra in Diodoro I, 26, loco classico pro ὥρας cod. exhibet ὥρας probante Rhodomanno, improbante Wesselingio, qui ibidem de hac re docte praecipit. Quod etiam placuisse video Eichstaedtio vid. ej. edit. Tom. I, Pag. 44. Quae vocabulorum ex hoc genere confusio quoniam latissime patet per veterum libros, nonnulla subjiciam, praecipue quae ad Herodotum faciant. In eo (I, 142) perperam scriptum erat et ὀρέων et ἐρέων. Schaeferus in textum reduxit ὠρέων, quod Reiske, Wesselingius, alii conjecerant; nec minus altero loco III, 117, a me proferendo in disputatione de Hecataei Ἀσίᾳ, idem vir doctus Wesselingii Valkenaeriique emendationem ἐν οὔροισι dignam judicavit, quam textui redderet, pro ὄρεσι, et utique digna erat. Similiter et apud

quem scriptorem compilasse, qui illum suis ipse manibus tractaverit. Nec deest ejus rei exemplum in ipso Polyaeno, quem supra docuimus Lampsaces puellae historiam a Plutarcho mutuatum, qui in eadem diligentior Polyaeno Charonem auctorem laudavit.

Restat alius scriptoris nostri ex eodem opere locus apud Athenaeum XI, 49, Pag. 256 Schweigh. qui sic habet:

Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τοῖς Ὥροις παρὰ Λακεδαιμονίοις φησὶν ἔτι καὶ εἰς αὐτὸν δείκνυσθαι τὸ δέπας τὸ δοθὲν Ἀλκμήνῃ ὑπὸ Διός, ὅτε Ἀμφιτρύωνι εἰκάσθη.

Qui quoniam ultimus est eorum, qui nunc quidem ex Ὥροις succurrunt, commemoranda est insignis disputatio doctissimi Schweighaeuseri in notis ad Athenaeum Tom. II, Pag. 645, coll. Tom. VI, Pag. 129. Illum si audias, nunquam fuit Charonis scriptum de finibus sive limitibus. Is enim, cum vidisset a Lexicographis Graecis (in his ab Erotiano in Lexico Hippocrateo) plurimis ita doceri dixisse veteres, Jones maxime, annum ὧρον annaliumque scriptorem: ὡρογράφον, miratus, quid hoc rei esset, „quod in infinito numero librorum historicorum, quorum tituli ab eis scriptoribus, qui ad nostram aetatem supersunt, commemorantur, ne unus quidem in toto G. J. Vossii opere reperiatur, cujus in titulo vestigium conspiciatur vocabuli Ὧρος, a quo Ὡρογράφοι nomen

habuere:" hoc ipsum vocabulum in titulos operum a Jonicis vel Joniae vicinis scriptoribus conditorum restituendum censuit, indeque permultos locos refinxit, inprimis Athenaei.

Hoc uti doctissimo viro largiamur subtilissime observatum esse locumque habere posse in aliorum scriptorum inscriptionibus plurimis, quae inde recte emendari videantur: de Charone tamen, licet et ipse in Jonicis historicis haberi debeat, vel maxime dubitandum esse arbitror. Nam primum, in utroque ejus scriptoris loco omnes Athenaei codices constanter tenent ὅροις et ὅρων 18), quod secus est in aliis locis, ubi fre-

18) Pro eo in multis Athenaei locis, observante Schweighaeusero, scriptum exstat ὡρῶν, proinde ac si nominativus esset ὧραι, quod varie verterunt interpretes, vid. ejus notam. Contra in Diodoro I, 26, loco classico pro ὥρας cod. exhibet ὥρας probante Rhodomanno, improbante Wesselingio, qui ibidem de hac re docte praecipit. Quod etiam placuisse video Eichstaedtio vid. ej. edit. Tom. I, Pag. 44. Quae vocabulorum ex hoc genere confusio quoniam latissime patet per veterum libros, nonnulla subjiciam, praecipue quae ad Herodotum faciant. In eo (I, 142) perperam scriptum erat et ὀρέων et ἐρέων. Schaeferus in textum reduxit ὡρέων, quod Reiske, Wesselingius, alii conjecerant; nec minus altero loco III, 117, a me proferendo in disputatione de Hecataei Ἀσίᾳ, idem vir doctus Wesselingii Valkenaeriique emendationem ἐν οὔροισι dignam judicavit, quam textui redderet, pro ἔρεσι, et utique digna erat. Similiter et apud

quens lectionis varietas, quae illi conjecturae favere videtur. Deinde obstat testimonium Suidae vel ejus potius scriptoris, quem is exscripsit,

eundem scriptorem et alios Jonicos confusa fuerunt inter se ὤρη, (ὥρα, tempestas etc.) et ὤρη (ὤρα, cura) quod vitium operarum errore etiamnum obtinet in editione Wesselingiana Lib. I, Cap. 4, repetitum a Borheckio in ipsius editione et in Apparatu. Eadem res in errorem induxit Stollbergium in interpretatione vernaculâ carminum quorundam Tyrtaei Pag. 282, licet, post Valkenaerium ad Herodot. Pag. 276, Klotzius etiam monuerit de hoc vocabulo. In loco Herodoteo II, 77 vox ὧραι repetita non sollicitanda est. Ea repetitio et perspicuitati inservit, nec aliena est ab usu ejus scriptoris. Hoc commonefacit loci Platonici in Symposio XIII, 2: ὧν ἐπιστήμη περὶ ἄστρων τε φορᾶς καὶ ἐνιαυτῶν ὥρας, ἀστρονομία καλεῖται. In quibus glossatoris ἔμβλημα deprehendisse sibi videtur doctissimus Schützius Lect. Platon. Partic. I, cum quia intelligi nequeat, cur hoc loco Plato astronomiae definitionem addat, tum quod doctrina de affectibus anni tempestatum, de grandine rel. vix ad astronomiam relata fuerit a Platone. Bastius autem sola spuria judicat haec: καὶ ἐνιαυτῶν ὥρας et quidem eadem fere ratione ductus, vid. ejus libellum, qui inscribitur: Kritischer Versuch über den Text von Platons Gastmahl Pag. 44 seqq. Ego vero nihil mutandum esse arbitror, adductus loco Heraclidis in Allegoriis Homericis Pag. 24, ed. Schow, ubi sol dicitur longo intervallo distans ab orbe nostro, anni temporum adeoque arandi serendi rel. opifex (ὁ ἥλιος — ὡρῶν ἐπιγείων

qui non hoc solum dicit, quod etiam Schweighaeuserus ex ipso memorat, Charonem ὅρȣς Λαμψακηνῶν conscripsisse quatuor libris, sed primum refert: illum scripsisse περὶ Λαμψάκȣ et deinde, interjectâ mentione de ipsius Libycis, subjicit eundem condidisse ὅρȣς Λαμψακηνῶν, quorum quidem quatuor ait libros fuisse, cum illius prioris scripti duo tantum volumina numerasset. Accedit hoc, quod vix intelligi potest, quale fuerit argumentum illius operis περὶ Λαμψάκȣ, si Schweighaeuserum secutus dixeris Charonem praeterea conscrip-

γεωργὸς — καὶ ἀρότȣ τε, καὶ σπορᾶς ἀμητȣ̃ τε καὶ τῶν κατὰ γεωργίαν ἔργων αἴτιος ἀνθρώποις γενόμενος). Atque e solo Hesiodo patet, quam arcte conjunctam crediderint veteres astronomiam cum agriculturâ. — Hoc si minus placuerit, emendare poteris: καὶ ἐνιαυτῶν ὅρȣς, annorumque terminos. Ei rationi favet alter locus ejusdem Heraclidis Pag. 25, ubi sol dicitur gignere τὸν ἐνιαυτόν. Cui sententiae continuo subjicitur illud ὅρος γὰρ ἐτησίȣ χρόνȣ, quippe anni terminus est. In Accusativo (Φορὰς) consentiunt omnes codices Vindobon. quos Bastius inspexit. ὡραίȣ (pulchri) pro ἐραίȣ emendavit nuper Jacobs in Aeliani (H. A. VI, 15) narratione de delphino puerum amante, vid. ejus Observv. in Aelian. H. A. et Philostrat. Pag. 13. Denique in Phlegontis Tralliani libro de Mirabilibus Pag. 101, ed. Meurs. depravatum ὀρίοις docta manus in margine exempli mei correxit θησαύροις, Meursius contra ὀρείοις (in horreis), quae emendatio certe propius abest a lectione vulgatâ.

sisse ὤρȣς, hoc est res memorabiles in ea civitate gestas dispositasque juxta annorum seriem. Ego vero arbitror haec ipsa tradita fuisse in scripto περὶ Λαμψάκȣ, ita ut scribendi initium ductum sit ex ejus civitatis originibus, cujus reliquae res deinceps traditae fuerint per decursum temporum. Gravius autem illud est, quod, etiamsi quaestio de Polyaeni loco in medio relinquatur, ipsa fragmenta supra adscripta non patiuntur dubitari 1) egisse Charonem de regione et agro Lampsaceno 2) ex ipso hoc scripto, de quo jam disputatur, ea commemorari, quae certe ad oppida finitima pertineant. 19)

19) Relinquitur tamen et de aliis scriptoribus dubitatio, qui ὅρȣς feruntur conscripsisse. Quae universa disputatio non cadit in hujus libelli angustias. Hoc unum monebo: ab Aeliano in Hist. Animal. XII, 38 fabulose narrari apud Clazomenios suem alatum exortum fuisse, qui ipsorum agros vastaret, ex quo ei loco nomen inditum sus alatus. Jam cum ejus rei auctor excitetur Ἀρτέμων ἐν τοῖς Ὅροις τῶν Κλαζομενίων, et quidem nihil quidquam variantibus codicibus, equidem nemini auctor sim, ut emendet ὤροις, in annalibus, licet haec Jonici scriptoris fide tradantur de Jonicae terrae memorabilibus. Etenim a corrigendo revocat, praeter cetera, ipsius fabulae argumentum, quod in ea re versatur, quae ad agrum Clazomeniorum vel fines pertinet. Et quidni credamus illos Jonicos λογογράφȣς peculiares libros destinasse finibus civitatum describendis, memorandisque rebus

Verum, ne cupide agere videamur, illud negari nequit difficile intellectu esse, quomodo in eo opere, quod ego in agro Lampsaceno versatum esse contenderim, locus esse potuerit narrationi, quae est de poculo Alcmenae. Num vero haec eadem expeditiora fient, si ipsa Lampsacenorum annalibus intexta fuisse dixeris? Hoc nemo sibi persuaderi patietur. Quid ita? Equidem nullus dubito, quin hic locus ad aliud Charonis opus referri debeat, ad Πρυτάνεις, (quod scriptum Suidas Χρονικὰ fuisse docet) et peccasse vel ipsum Athenaeum, vel ejus librarios in eo, quod illam rem ἐν Ὅροις traditam dicerent, nisi hoc sumere malueris: illorum Χρονικῶν fuisse cum illum titulum commemoratum a Suidâ: Πρυτάνεις, tum alterum hunc Ὧροι (annales), ut hoc quidem loco hactenus admittatur Schweighaeuseri conjectura, quatenus Lacedaemoniorum annales cogites.

per ipsarum agros nobilioribus? Quid? Dionysius etiam Halicarnasseus hoc ipsum cuique probabile reddet eo loco, quo veterum scriptorum Jonicorum praecipue rationem explicat: Judic. de Thucyd. Pag. 823, ubi praeter cetera et hoc: ἐν ἅπασι γὰρ ἀνθρώποις, καὶ κοινῇ κατὰ τόπους, καὶ κατὰ πόλεις ἰδίᾳ, μνῆμαι τινες ἐσώζοντο καὶ τῶν τοιούτων ἀκουσμάτων κ.τ.λ. et leguntur ejus generis permulta in uno Herodoto.

Utra ratio verior videatur: hoc certum est, in annalibus vel chronicis percommode mentionem fieri poculi in Lacedaemoniorum thesauro servati, cum nemo nesciat, quantopere antiquissimi Graeci rerum scriptores oculis animoque perlustrarint templa aliaque aedificia publica, quam iidem curiosi fuerint indagatores ἀναθημάτων sive donariorum in fanorum penetralibus repositorum, quibus praeter cetera uterentur ad rerum gestarum aetatem signandam [20].

20) Qua de re dixi alias. Nunc illud addam, si Polemonis illius superessent opera, nobis certe multa servata essent ex scriptis illorum antiquissimorum λογογράφων excerpta, et pro comperto fortasse haberemus, in quonam Charonis libro ea tradita fuerint de poculo Alcmenae. Scripserat enim Polemo cum alia multa de donariis nobilissimarum urbium, tum περὶ τῶν ἀναθημάτων ἐν Λακεδαίμονι, vid. Athenaei Libr. XIII, Pag. 574 D. Casaubon. De hoc scriptore vid. Schweighaeuseri not. ad Athen. Vol. VI, Pag. 150 seq. 159, Beckii ad Scholiast. Pindari Pag. 422. Jacobsii Prolegomena ad Anthologiam Gr. Pag. XXXIV seq. Frequentissima autem Polemonis mentio apud veteres vel potius Polemonum, nam is, qui ὁ περιηγητὴς Plutarcho dicitur in vita Arati XIII. init., accurate distingendus a reliquis, qua in re utilem operam collocaverunt Vossius de Histor. Gr. et Jonsius. Tamen multum reliquerunt ei, qui horum fragmenta aliquando colligat.

Ut ad Charonem redeam: poculum illud καρχήσιον erat docente Athenaeo in antecedentibus Pag. 257, cujus etiam in Polemonis fragmento men-

Quae omnia in unum collata me ita movent, ut Charonem quidem arbitrer Ὧρες conscripsisse, meumque judicium in utroque Athenaei loco a Schweighaeuseri auctoritate sejungam.

Ad Κτίσεις denique refert Sevin Pag. 73 Apollonii Scholiastae locum Pag. 192 de Rhoeco a nympha occaecato. Eandem narrationem eodem Charone auctore laudato pleniorem aliquanto exhibet Etymologicum magnum in Ἀμαδρυάδες, quae sic habet:

tio injicitur. Pag. 277. Ejus poculi formam descripsit Boettiger in dem Archaeologischen Museum Pag. 94, qui Charonis quoque locum adhibuit explicandae imagini in vetere anaglypho Bacchi nuptias repraesentante, adde interpretes ad Virgilii Georgic. IV, 380. Poculum hoc Lacedaemone servatum admonet poculi Laconici fictilis, quod κώθων dicebatur, cujus formam illustrat Pollux VI, 6. adde VII, 33, cf. Plutarch. Lycurg. Cap. 9, Hesych. et Suidam s. h. v. Hoc poculi genus Persis tribuit Xenophon in Cyri paedia I, 2, 8 Quod quo pertineat, nemo nescit, qui meminerit, quam soleat hic scriptor λακωνίζειν in effingendis Persarum Cyrique sui moribus. Illud mirum videtur, eundem scriptorem fictilibus usos facere Persarum pueros, quo severius vitae genus declaretur, cum ipsius tamen aequalis Ctesias tradiderit: Persarum reges ei rei ignominiam adjunctam voluisse vid. Athenaeum Lib. XI, pag. 201. In hoc igitur viderit Xenophon, quam probabiliter finxerit.

Χάρων — ὁ Λαμψακηνὸς ἱϛορεῖ ὡς Ῥοῖκος, δρῦν θεασάμενος ἤδη μέλλȣσαν ἐπὶ γῆν καταφέρεσθαι, προσέταξε τοῖς παισὶ ταύτην ὑποϛηρίξαι· ἡ δὲ μέλλȣσα συμφθείρεσθαι τῇ δρυὶ νύμφη, ἐπιϛᾶσα τῷ Ῥοίκῳ, χάριν μὲν εἰδέναι ἔφασκεν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας, ἐπέτρεπε δὲ αἰτήσασθαι ὅ τι βούλοιτο· ὡς δὲ ἐκεῖνος ἠξίȣ συγγενέσθαι αὐτῇ, ἐπιζήμιον μὲν ἔλεγεν εἶναι τȣ̃το [21], φυλάττεσθαι δὲ ὅμως ἑτέρας γυναικὸς ὁμιλίαν [22]· ἔσχον δὲ μεταξὺ αὐτῶν ἄγγελον μέλισσαν· καί ποτε πεττεύοντος αὐτȣ̃ περίιπταται [23]) ἡ μέλισσα· πικρότερον δέ τι ἀποφθεγξάμενος, εἰς ὀργὴν ἔτρεψε τὴν νύμφην, ὥϛε πηρωθῆναι.

Plures fuerunt homines, quibus Rhoeci nomen esset. Primum memoratur Rhoecus in Centauris, ab Atalanta interfectus, cui is vim voluerat inferre, vid. Aelian. V. H. XIII, 1 ibiq. Perizonium. Ῥοῖκος pro Ῥοῖος in Pausaniae Phocic. Pag. 142 emendavit Amasaeus. adde de illo Rhoeco Heynii Observv. ad Apollodor. Pag 269 ibique laudatum Spanhemium

21) Haec ἐπιζ. — τȣ̃το desunt in Scholiaste Apollon.

22) Brachylogia est. Sensus est enim ποιήσεσθαι δ' ὅμως, ἀλλὰ φυλάττεσθαι αὐτὸν ἑτέρας γυν. Fr. Sylburgius.

23) Schol. Apollon. παρίϛατο habet. At Sevinio praeferenda videtur lectio Etymologici. Πηρωθῆναι, unde ἀνάπηρος de coeco sequioris aetatis scriptoribus, quod idem veteribus erat ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος, vid. Wesseling ad Auctor. vitae Homeri, qui falso Herodotus fertur, Pag. 755.

ad Callimachi Dian. 221. — Alter fuit Amathuntis Cypri insulae rex, qui Atheniensium civitati hordeum traditur misisse vid., Hesychium in Ῥοίκου κριθοπομπία et Suidam s. h. v. in quo tamen Ῥύκου scriptum legebatur. Tertius Cnidius dicitur a Theocriti Scholiaste ad Idyl. III, 13, qui illud accidisse tradit Nini Assyriae, quo is habitatum concessisset. Quem eundem esse, de quo Charon, ex eodem loco discimus, nam ibi gemina proferuntur iis, quae Apollonii Scholiastes et Etymologicum habent, auctoris tamen notitiâ omissâ.

Huc maxime facit Ttetzae ad Lycophron. vers. 480 locus, quem, quia Sevinium fugit, et Charonem auctorem exhibet, totum subjiciam:

Ἀρκὰς ὁ Διὸς, ἢ Ἀπόλλωνος παῖς, καὶ Καλλιστοῦς τῆς Λυκάονος θυγατρὸς, ὥς φησι Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς, κυνηγῶν ἐνέτυχε τινὶ τῶν Ἁμαδρυάδων νυμφῶν, κινδυνευούσῃ καὶ μελλούσῃ φθαρῆναι ὑπὸ χειμάῤῥου τοῦ ποταμοῦ ἐν τῇ δρυΐ, ἐν ᾗ γεγονυῖα ἦν ἡ νύμφη, καὶ ἀνέτρεψε τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν γῆν χώματι ὠχύρωσεν· ἡ δὲ νύμφη Προσοπέλεια τὴν κλῆσιν, κατ᾽ Εὔμηλον, συνελθοῦσα αὐτῷ γεννᾷ Ἔλατον καὶ Ἀφείδαντα, ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ Ἀρκάδες, ὥς φησι καὶ Ἀπολλώνιος.

Vides hoc loco eodem fere Charone Lampsaceno auctore de Arcade tradi filio Jovis vel Apollinis e Callisto Lycaonis filia, qualia ejusdem scriptoris fide tradita su-

pra adscripsimus de Rhoeco, ut nihil dicam de reliquâ differentiâ fabulae, quod per se patet. Mythum de Callisto varie tractasse veteres et poëtas et λογογράφους docuit Heynius ad Apollodorum Pag. 265, in quibus erat et Asius, et, qui hoc ipso loco laudatur, Eumelus, qui cum Charone sentiens Lycaonis filiam dixerat Callisto, quam sententiam sequitur etiam Pausanias VIII, 3. Contra Asius eandem Nyctei filiam fecerat, Pherecydes autem Cetei, vid. Sturzium ad hujus Fragmenta, qui uberius de his egit, Pag. 204 seqq.

Hoc autem loco de Arcade firmari mihi videtur Sevinii opinio haec Charonis referenda esse ad ipsius Κτίσεις, in quibus constat altius ascendisse scriptores ad aetatem mythicam fabulisque plurimis exponendis indulsisse. Unde nec absonum videtur conjicere ea huc pertinere, quae supra ex Pausania in medium protuli de Naupacticis carminibus. Utut sit, habendus Charon erit in antiquissimis historicis, qui Κτίσεις condiderunt, in quorum catalogo nec illius oblitus est diligentissimus Jonsius de scriptoribus Histor. philosoph. I, 12, 5. ed. Dornii.

# Xanthus Lydius.

Ξάνθος. Κανδαύλου Λυδὸς, ἐκ Σάρδεων, ἱστορικός· γεγονὼς ἐπὶ τῆς ἁλώσεως Σάρδεων· Λυδιακὰ βιβλία δ'. Suidas. Reliqua, quoniam ad ipsa fragmenta pertinent, infra suo quaeque loco reponentur.

In hujus historici aetate constituendâ primarium illud est, quod a Suidâ dicitur vixisse captarum Sardium tempore. Atque cum circa eam quidem aetatem, in quam historicus Graecus cadere potest 1), duplex memoretur ejus urbis expugnatio: altera Cyro duce a Persis facta, Olymp. 58, 4 sive 545 ante Chr. n.; altera sub Dario Hystaspidâ, cum Joniae civitates, adscitis Atheniensibus sese in libertatem vindicarent, Olymp. 69, 1: quaeritur, utra hoc loco cogitanda videatur. Quodsi Menagium sequaris, qui ad Diogen. Laert. Pag. 267 Xanthum nostrum Candaulae regis filium facit, tum quidem pronior sis in eam sententiam: antiquissimam illam expugnationem cogitandam esse, Cimmeriis per Asiam minorem Lydiamque grassantibus. Neque sic tamen facile hoc eventum vivendo attingere potuerit Xanthus. Candaules

1) Nam Sardes antea bis captas, a Cimmeriis primum, deinde a Treribus et Lyciis, Callini poëtae fide tradidit Callisthenes apud Strabonem Lib. XIII, Pag. 930 C.

enim postremus Heraclidarum, qui Lydis imperarunt, periit Olymp. 16, 1, anno 715 ante Chr.: Sardes autem a Cimmeriis captae Olympiade demum 36, 3, ante Chr. 634. Neque vero est, quod diutius moremur Menagium cum Xantho suo, Candaulae regis filio, Archilochi, si diis placet, aequali, eodemque prosaico rerum scriptore 2)!

Cautior G. J. Vossius, qui de Hist. Gr. Pag. 11, „Tertius, ait, est Xanthus, Candaulis filius historicus Sardianus, qui eo tempore fuit, quo Sardes non quidem a Cyro, sed ab Jonibus et Atheniensibus captae sunt Suidâ teste. Id fuit Olympiadis 70 anno 3.“ Jam illud tenendum est, quod supra monui de Charone disputans: γεγονὼς haud raro accipiendum esse de tempore, quo quis ingenii sui fructus ediderit. Hac quidem ratione admissâ floruit Xanthus Lydus sub belli Jonici initia fuitque ideo aequalis Hecataeo Milesio. In quo acquiescendum esset, si solum

2) Fuit tamen Stesichoro antiquior alius Xanthus, qui Aeliano V. H. IV, 26 dicitur ποιητὴς τῶν μελῶν, adde Athenaeum XII Pag. 405 Schweigh., ex quo Aelianus emendatur, vid. interprett. ad utrumque. De reliquis Xanthis egit Ezech. Spanhemius ad Callimach. Del. vers. 41, cf. Fabric. Bibl. Gr. ed. Harles. Vol. II, Pag. 159. Utrum, qui ab Hephaestione in Enchiridio laudatur Xanthus, hic Lyricus sit, an ille rerum scriptor nunc quidem, cum iste liber ad manus non sit, decernere nequeo.

Suidae exstaret de ipsius aetate testimonium. At vero rursus obloquitur Dionysius et quidem eodem loco, quem supra penitius inspeximus, de Thucyd. Jud. Pag. 818, ubi plane sejungitur Xanthus ab eorum numero scriptorum, qui ἀρχαῖοι dicuntur, in quibus Hecataeus Milesius est, adjungiturque iis, qui fuerint paullo ante bellum Peloponnesiacum attigerintque aetatem Thucydidis: Hellanico Lesbio, Damastae Sigeio et Xenomedi Chio. Hujus quidem aetas aliunde non constat, Damasten vero diserte Ἡροδότῳ σύγχρονον dicit Suidas, Hellanicum denique Lesbium Olympiade 71 natum esse Gellio auctore probavit Sturzius Pag. 5.

Dionysii vero de Xantho tradentis auctoritas ideo debet gravissima haberi, quia alter ejusdem locus, Antiquit. Rom. I, Pag. 73, infra excutiendus, satis docet eum Xanthi Lydiaca suis ipsum manibus tractasse. Atqui si scriptor noster putandus est floruisse captarum ab Atheniensibus Sardium aevo: non potest idem dici ὀλίγῳ πρεσβύτερος τῶν Πελοποννησιακῶν.

Tamen ego crediderim conciliari Suidam Dionysio posse, et quidem dupliciter. Primum hoc modo, ut γεγονὼς explices natus; quâ ratione adhibitâ Xanthus dicendus erit natus captarum ab Atheniensibus Sardium tempore, quae tamen interpretatio, ut verum fatear, alienior videtur ab usu Lexicographi. Eo magis arridet alterum illud: peccatum esse a librario, qui perperam repetierit Σάρδεων, aberrantibus

oculis ab alterâ lineâ ad priorem, unde nobis obtrusum sit molestum illud: ἐκ Σάρδεων — ἁλώσεως Σάρδεων, cum posteriore loco scribendum esset Ἀθηνῶν, ut Suidas floruisse Xanthum dicat, quo tempore Athenae a Persis, Xerxe rege, captae sunt. Hoc si placuerit, dicemus natum Xanthum circa belli Jonici initium, quod ducitur ex Olympiade 68, 4, florere autem coepisse, quo tempore Athenae a Xerxe captae fuerunt, hoc est Olympiade 75, 1 sive 480 ante Chr. n. Coepisse autem florere captarum a Xerxe Athenarum aevo dico equidem adductus loco Strabonis, quem a criticis neglectum eo magis miror, quo idem magis facit ad illius aetatem signandam. Laudat enim Strabo I, Pag. 85 Xanthum tradentem de rebus, quae Artaxerxe rege evenerunt. Cogitandus vero est Artaxerxes primus; qui cum imperium susciperet, Olympiad. 78, 4, quadragesimum annum Xanthus egit. Qua aetate constitutus vel maxime idoneus fuit rebus scribendis.

Itaque ipsi et suppar erit Hellanicus, utpote novem annis minor, Thucydides autem inferior erit annis triginta quatuor. Quod utrumque optime convenire Dionysii Strabonisque locis cum per se pateat, uberius explicari non est necesse.

Patriam Xanthi Sardes diserte dicit Suidas; qua fide, non constat, cum auctorem citare neglexerit. Quod eo minus fieri debebat,

quandoquidem Strabo Lib. XIII, Pag. 931 in ejus urbis descriptione Xanthum, antiquum rerum scriptorem, Lydum perhiberi refert; an vero Sardibus oriundus fuerit, sese nescire. Hesychius quoque Milesius Pag. 30 ed. Meursii hoc solum dicit: Ξάνθος Λυδὸς ἱςορικός. Quare dubito equidem, quin satis caute egerit G. J. Vossius, qui de Hist. Gr. Pag. 11 eundem Sardianum nominet, nec quidquam addat de Strabonis inscientiâ. Solinus quidem in Polyhistore Cap. 40, eo loco, quem jam supra in Hecataei rebus attigimus, eum tantum in summorum historicorum numero ponit, quos Asia protulerit, in quibus et Herôdotum habet et Hecataeum, Ephorum denique cum Theopompo. Quod posterius satis quidem declarare videtur, quantâ ille antiquitus ingenii doctrinaeque laude floruerit. Gravior vero judicari debet Dionysii Halicarnassei auctoritas, qui eundem loco supra excitato; rursusque infra adscribendo, Antiq. Rom. I, Pag. 73, rerum antiquarum peritissimum, historiae autem patriae auctorem dicit nullo alio inferiorem, ibidemque in primariâ quadam quaestione dijudicanda ab ejusdem testimonio totus pendere cognoscitur. Quod eo magis tenendum est, quoniam altero illo loco (Jud. de Thucyd. Tom. VI, Pag. 818 seq.) videtur sibi ipse parum constans eidem Xantho non plus tribuere, quam reliquis antiquioribus, quos inter sese paene similes longissimo intervallo ab Herodoti praestantiâ abesse judicat. At vero cum eosdem nonnihil tamen inter sese differre existi-

met tam facultate quam ratione viâque et scribendi quoque genere (ὄτοι προαιρέσει τε ὁμοίᾳ ἐχρήσαντο περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὑποθέσεων· καὶ δυνάμεις ȣ̓ πολύ τι διαφερȣ́σας ἔσχον ἀλλήλων — λέξιν τε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὴν αὐτὴν ἅπαντες ἐπετήδευσαν), perspicuum fit unicuique, si principem locum adhibuerimus, qui de Xantho peculiariter agit, sic esse statuendum: eundem a Dionysio in antiquioribus illis rerum scriptoribus primario quodam vel potius principe loco fuisse habitum. Nec minus hoc Halicarnassei testimonium eo facere potest, ut alteram disceptationem judices, quae jam antiquitus diversis decertantium studiis agitata videtur fuisse; illam dico, quae est de Λυδιακῶν, quorum auctor Xanthus perhibetur, γνησιότητι.

Nimirum Athenaeus Libr. XII, Cap. 11, Pag. 415 Schweigh. Λυδοὶ δε, inquit, εἰς τοσȣ̃τον ἦλθον τρυφῆς, ὡς καὶ πρῶτοι γυναῖκας εὐνȣχίσαι, ὡς ἱϛορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδὸς, ἢ ὁ εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερομένας Ἱϛορίας συγγεγραφὼς, Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς, ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς (ἀναγωγῆς) βιβλίων· ἀγνοῶν ὅτι Ἔφορος ὁ συγγραφεὺς μνημονεύει αὐτȣ̃, ὡς παλαιοτέρȣ ὄντος καὶ Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκότος ὁ δ᾽ ȣ̓̃ν Ξάνθος κ. τ. λ. Reliqua infra suo loco subjicientur. Nimium festinavit in his inspiciendis Meursius; alioqui non tam fidenter illa scripsisset in notis ad Hesychium

Milesium Pag. 174: „Sed hujus historiae (Λυδιακῶν) auctor potius Dionysius Scytobrachion, ut ex Artemone tradit Athenaeus.“ Certe non omittendum erat illud: eundem Athenaeum sententiam suam segregatam ab hujus auctoritate applicuisse ad fidem Ephori, qui Xanthi tanquam vetustioris scriptoris meminisset. Multo vero minus silendum erat Dionysii Halicarnassensis judicium, qui illud opus pro genuino habet, quod eo gravius debet existimari, quo ille minus spuriis libris sibi imponi passus est. 3)

Neque tamen hoc ita accipi velim, ut in ea re, quae jam veteres in diversas opiniones distraxerit, pro certo quidquam pronuntiari posse statuam; illud teneri velim: Artemonis, quae nos nunc latent, argumenta minime tanti facta esse a Dionysio Hal. Athenaeoque, ut iis magis moverentur, quam Ephori auctoritate aliorumque forte antiquiorum, qui Lydiaca illa Xantho tribuerent. Qua de re ad ipsa hujus fragmenta rursus disputabitur.

3) Vid. Tom. VI, Pag. 863, ubi is multa, quae tunc quidem tanquam veterum scripta historicorum ferebantur, iisdem abjudicat, veluti Cadmo Milesio, Aristeae Proconnesio. Acusilai quoque opera spuria habita fuisse notum est, vid. Suidam in Ἑκαταῖος. De Cadmo, vel fortasse Cadmis, consulenda est erudita Beckii disputatio, quae inscribitur Ueber die Quellen der Griech. Voelkergeschichte, praemissa interpretationi vernaculae Goldsmithii Hist. Graec. Pag. XXI.

De Dionysio autem Mitylenaeo, cui Scytobrachionis cognomen erat, vide quos laudat novissimus Athenaei editor, a quo tamen omissam miror illam lectionem, quam si sequaris, Artemonis hoc opus inscribebatur Περὶ ἀναγωγῆς βιβλίων i. e. quo libri quique ad suos auctores referuntur, ut vertit Jonsius de Script. Hist. philos. Libr. I, Cap. 19, 2. coll. Libr. IV, Pag. 251, qui cum G. J. Vossio eam lectionem praefert illi alteri, quam ex Aldina cum Casaubono recepit Schweighaeuser, Περὶ συναγωγῆς — de librorum collectione. Distinguendus est hic Artemon Cassandrensis a Clazomenio, cujus supra mentio facta est ad Charonis fragmenta. De hoc et reliquis consule, quae collegit Fabricius in Bibliothec. Gr. Vol. II, Pag. 131 et ad eam Harlesius.

Sequitur altera ejusdem Ephori sententia: καὶ Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκότος. Quae verba, obscuriora illa quidem, ab aliis aliter accipi video. Wesselingius in Praefatione ad editionem Herodoti ansam explicat et occasionem additque: „neque enim opinor haec verba ulterius porrigi posse." Eandem rationem sequi dicendus est Valkenaer, qui ad Herod. Pag. 300 historiae patrem negat Lydiacas res e Xantho narrare, Galeum notans, qui secus statuerit. Contra Galei judicio favet Larcherius Tom. I, Pag. 381 ita interpretatus illa Athenaei, vel potius Ephori: „l'histoire de Xanthus lui (Herodoto) avoit fourni des materiaux

pour la sienne; conf. Tom. III, Pag. 451, ubi idem diserte sententiam suam a Valkenaerio segregat. Qua in re si probabiliter disputare licet, deficiente idoneâ decernendi caussâ, hactenus incautius judicasse videtur criticus Batavus, quod nimium tribueret illi uni loco Dionysii, in quo discedens a Xanthi sententiâ Herodotus Tyrrhenos Lydorum colonos facit. Potest enim fieri, ut is in requadam primariâ diversa secutus sit, neque tamen in aliis rebus tradendis non ejusdem vestigia legerit. Namque lectitatum ab eo fuisse Xanthi scriptum vix dubitare licet cuiquam, qui meminerit, quod in Praefatione monuimus, eum in ipsis rebus Lydiis aliorum testimonia attigisse. Quidni igitur dicamus, si vere fuerunt illius Lydiaca, eadem in nonnullis ab ipso adhibita fuisse? In diversam vero a Valkenaerio partem nimium evagari putandus est Larcherius ita scribens in Vie d'Herodote Tom. I, Pag. 69: „La description de l'Asie par Hecatee, l'histoire de Lydie de Xanthus, celle de Perse par Hellanicus et Charon de Lampsaque jouissoient alors (cum Herodotus se ad scribendum daret) de la plus haute reputation. Ces ouvrages agréables, interessans, furent sans doute dévorés par Herodote.“ Haec ambitiosius ornata esse ad eorum lectorum sensum, qui in antiquitate cognoscendâ avidius expetant verborum copiam quam fidem rerum, ne ii quidem infitiabuntur, qui ea legerint, quae honorifice pronuntiata supra ex Dionysio Solinoque in medium protulimus.

Horum Λυδιακῶν quatuor libros fuisse Hesychii Milesii, Suidae aliorumque, qui quartum laudant, testimoniis constat.

Illud opus a Menippo quodam in compendium redactum esse docet Diogenes Laërtius VI, §. 101. (Μένιππος) ὁ γράψας τὰ περὶ Λυδῶν καὶ Ξάνθον ἐπιτεμόμενος. Memorantur ab eodem plures Menippi, de quibus consulendus Menagius ad h. l. Fuit et Menippus Pergamenus, qui scripsit periplum interni maris, saepius excitatus a Marciano Heracleot. v. c. Pag. 74 in Hudson. Geogr. Gr. minor. et Stephano Byzantio. In eum Crinagorae epigramma est in Antholog. Gr. II, 146 (cf. Jacobsii animadverss. ad h. l. Pag. 400), quod e codice Palatino primus edidit Salmasius ad Solinum Pag. 850. Ex quo efficitur: hunc Menippum vixisse ante aetatem Augusti, cf. Harlesium ad Fabric. Bibl. Gr. IV, Pag. 614. An ille idem sit cum Xanthi epitomatore, nemo facile definiat. 4)

4) Praeter Xanthum ejusque epitomatorem Menippum et aliorum passim mentio injicitur, qui Λυδιακὰ dicuntur condidisse. Haud alienum judicabitur ab ea scriptione, quae circa res Lydias earumque scriptorem versatur, eorum nomina subjici, qui mihi ex hoc genere adhuc innotuerunt. Si quis plures observaverit, ab eo gratissimum accidet edoceri. Sunt autem hi, nam nolo nunc de iis, qui Lydias res obiter attigerunt, de quibus passim monebitur ad ipsa Xanthi fragmenta:

In Xanthi nostri reliquiis disponendis hunc ordinem tenebo, ut primo loco ea reponam, quae a scriptoribus universe ad ejus Lydiaca referuntur, libri numero neglecto: alteram classem eorum faciam, quae e certo libro excitantur; suo quaeque loco digerenda.

Ex illis quidem primus sese offert idemque primarius Lydiarum historiarum locus apud Dionysium Halicarnassensem Antiqu. I, 28, Pag. 73 Reisk. Et agitur ibi de homine Lydiae, e qua re totius disputationis de Xanthi Lydiacis initium duci videtur commode posse. Nam postquam Dionysius de Tyr-

Hellanicus Lesbius, cujus opus a Stephano Byz. citatur, quod τὰ περὶ Λυδίαν inscriptum erat. Vid. ejus Fragmenta ed. Sturzii Pag. 92 et 143.

Christodorus. Ejus Λυδιακὰ memorantur a Scholiast. Venet. ad Iliad. II, 461, Pag. 71 Villoisonii.

Dositheus ἐν τρίτῳ Λυδιακῶν advocatur a Plutarcho in Parallel. Pag. 281 ed. Wyttenbach. Ejusdem Italicae historiae fuerunt Siculaeque. Sed de harum rerum scriptoribus, ut de Myrsilo Lesbio, cujus spurium opus ferebatur de rebus Tyrrhenorum, alio tempore.

Xenophilus (Ξενόφιλος, ὁ τὰς Λυδικὰς ἱςορίας γράψας) excitatur in Tractatu Anonymi de mulieribus, quae bello claruerunt, inserto der Bibliothek der alten Lit. und Kunst Partic. 6. In ed. Pag. 20. Quem locum infra examinabimus.

rhenorum origine a Lydis repetitâ diversas diversorum commemoravit sententias, ita pergit:

Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς ἱστορίας παλαιᾶς, εἰ καί τις ἄλλος, ἔμπειρος ὤν, τῆς δὲ πατρίου καὶ βεβαιωτὴς ἂν οὐδενὸς ὑποδεέστερος νομισθεὶς, οὔτε Τυῤῥηνὸν ὠνόμακεν οὐδαμοῦ τῆς γραφῆς, δυνάστην Λυδῶν, οὔτε ἀποικίαν Μηϊόνων 5) εἰς Ἰταλίαν κατασχοῦσαν ἐπίσταται,

5) Magna hujus nominis scribendi varietas: qui aliis (et Strabone quidem teste Libr. XIII, 928 recentioribus) Μαίονες (sic in numis, ubi solita epigraphe ΜΑΙΟΝΩΝ, vid. Eckhelii D. N. V. Part. I, Vol. III, Pag. 105): ii Homero Iliad. II, 864 Μῄονες, ubi vid. Heynii Observv. Pag. 432, adde Wesseling. ad Diodor. Sic. IV, Pag. 93 Bip. Eustathius ad Iliad Pag. 276 ed. Basil. (qui locus in Mülleri epitome mendis typographicis corruptus est) Heraclidem praecepisse tradit: Μῄονες scribendum esse, omisso ι. Quam legem in Herodoto secuti sunt librarii plurimi, vid. I, 7, VII, 74. 77. In posterioribus tamen locis duobus Cod. Passion. et margo Stephani Μηϊόνες tenet. Quam lectionem utroque loco hactenus secuti sunt Reizius et Schaeferus, quatenus Μηΐονες scripserunt: hic tamen I, 7 Μῄων jussit typis perscribi. Μῄονες quidem ex Herodoto affert Eustathius l. l., contra Dionysius tanquam Herodoteum Μηιόνων habet Pag. 71 eandemque lectionem nostro quoque loco tanquam e Xantho repetitam. — Maeonia quoque, ut hoc utar, passim confusa cum Paeonia. Cujus rei exemplum habet Beckmann ad Aristotel. mir. auscult. Pag. 6.

Τυῤῥηνίας τε μνήμην ὡς Λυδῶν ἀποικήσεως, ταπεινοτέρων ἄλλων μεμνημένος, οὐδεμίαν πεποίηται· Ἄτυος δὲ παῖδας γενέσθαι λέγει Λυδὸν καὶ Τόῤῥηβον· τούτους

Memoratur etiam in Lydiis rebus Maeon vel Meon, Phrygiae et Lydiae rex. Cujus rebus conjunctae fabulae de Cybeles per eas regiones sacris, quae dea Maeonis filia dicebatur et Attin quendam amasse, quem alii Atyn vocant, vid. interprett. ad Lucian Dial. Deor. Tom. II, P. 280 seqq. et praecipue Hemsterhusium; adde Muretum in Commentar. in Catull. Vol. II, Pag. 810 oper. ed. Ruhnken., ubi ille docet: Catulli narrationem non convenire cum iis, quae reliqui de his rebus tradiderint, ut is alios scriptores videatur secutus, qui nunc non exstent. In his vel Xanthum fuisse, vel alium quemquam scriptorem Λυδιακῶν credibile fit ex eo, quod proxime monui, et fidem facit Diodorus Sic. III, 58, (ubi in Cod. Vindob. Μηΐονα, in reliquis Μήονα) qui eas fabulas sic infert: οἱ γὰρ ἐγχώριοι μυθολογοῦσι. Huc referendus et ille λόγος ἱρὸς de Rheâ et Atte apud Lucian. de Deâ Syr. Tom. IX, P. 97 Bipont.; nec minus Stephani B. locus Μάσταυρα πόλις Λυδίας, ex quo discimus Rheae nomen fuisse Μᾶ, unde urbis nomen explicatur, additâ narratione, quae et ipsa e scriptore Λυδιακῶν fluxisse putanda est, nisi potius credas ex Dionysio eo, qui Βασσαρικὰ scripsit. Nam ibidem Bacchus a Rhea nutritus dicitur, et laudantur ea Bassarica ab eodem Stephano s. v. Ὄανος πόλις Λυδίας. Etenim sicut ex sacris Cybeles haud pauca ad Bacchi orgia traducta fuere (qua de re monuit Böttiger im Archaeolog. Museum I, Pag. 80), sic Bacchi res

δὲ, μερισαμένους τὴν πατρῴαν 6) ἀρχὴν, ἐν Ἀσίᾳ καταμεῖναι ἀμφοτέρους, καὶ τοῖς ἔθνεσιν, ὧν ἦρξαν, ἐπ' ἐκείνων φησὶ τεθῆναι τὰς ὀνομασίας λέγων ὧδε·

cum Lydiis conjunctae, utpote qui deus e Lydia se oriundum dicat apud Euripid. in Bacch. 58. 464, cf. Ovidii Metamorphos. III, 583, Apollodor. Bibliothec. Pag. 266 ibiq. Heyne Pag. 232. Quocirca qui Dionysiaca condebant, ii Lydias quoque res haud raro attigerunt. De Dionysio, Βασσαρικῶν auctore, egit Meursius ad Helladii Chrestomath. Pag. 30 in illa disputatione de iis scriptoribus, quibus Dionysii nomen erat.

6) Πατρῴαν ἀρχὴν. Supra dicebatur τῆς πατρίου ἱστορίας (paternum sive a patre relictum imperium et historia patria) recte et ex grammaticorum Graecorum praeceptis, quae diligenter exposuit Graevius ad Lucian. Soloecist. Tom. IX, Pag. 459 seq. Bipont. Quibus nunc addenda sunt ea, quae leguntur in Fragmento Lexici Graeci, quod e Cod. Augustano primus edidit Hermann. ad calcem libri de emendand. rat. Gramm. Gr. Pag. 327. Eam tamen legem nec castigatissimi scriptores constanter servant docente Jensio Lectt. Lucian. vid. l. l. et Hemsterhusio ad Lucian. Dialog. Mort. Tom. II, P. 471, nec librarii, vid. Fischeri Commentar. in Xenophont. Cyrop. Pag. 4. Ab Atticis quoque utramque formam promiscue usurpari demonstravit Porson ad Euripidis Hecubam vers. 81, cujus tamen emendationem l. l. graviter improbat Hermannus Pag. 84 suae edit. De prosodiâ vocabuli πατρῷος dixit idem vir doctus ad Aristophanis Nubes vers. 1472, quem locum illustravit Wesseling. in Observv. Pag. 21.

Ἀπὸ Λυδοῦ μὲν γίνονται Λυδοὶ, ἀπὸ δὲ Τοῤῥήβου Τόῤῥηβοι· τούτων ἡ γλῶσσα ὀλίγον παραφέρει, καὶ νῦν ἔτι συλοῦσιν ἀλλήλους ῥήματα οὐκ ὀλίγα, ὥσπερ Ἴωνες καὶ Δωριεῖς.

Dionysius in omni hac disputatione de Tyrrhenorum originibus primum bifariam distribuit universos ea de re scriptores. Alteram classem facit eorum, qui illos indigenas dicant: alteram, qui advenas. In his primum Atyadarum Lydiae regum seriem ex eorum sententiâ scriptorum enarrat, quos fabulosos nominat:

Jupiter — Terra

Manes — Callirrhoe, (Oceani filia)

Cotys — Halie, (Tulli filia)

Asias     Atys — Callithea, (Choraei filia)

Lydus     Tyrrhenus.

Deinde ex Herodoto adponit illa:

Manes<br>
Atys<br>
Tyrrhenus (Lydus).

Tum tertiam opinionem subjicit aliorum hanc:

Hercules — Omphale

Tyrrhenus.

Quartam insuper addit illam:

Telephus
Tyrrhenus.

Denique e Xanthi historiis haec enotat:

Atys

Lydus Torrebus (Tyrrheni mentione omissâ).

Haec ideo accuratius sejungenda existimavi, quoniam Freretum in eo turpiter lapsum deprehendi, quod in Recherches sur la Chronologie des Rois de Lydie in Memoir. de l'acad. des Inscript. Tom. V, Pag. 307 Xanthum ea tradentem facit, quae diserte a Dionysio tribuuntur fabulosis illis scriptoribus, quos, ipso praeeunte, primo loco posuimus.

Atque Xantho in rebus patriis potius credendum esse censet Valkenaer ad Herod. Pag. 301, quam Herodoto, qui Tyrrhenos a Tyrrheno Atyis filio nomen invenisse tradat. Contra Tyrrhenum Herodoti tuetur Sevin in Recherches sur les Rois de Lydie, Memoir. de l'acad. des Inscript. Tom. V, Pag. 239, nixus praecipue loco Etymologici magni, 7) ubi Τύῤῥα Lydiae urbs dicitur, quam

7) In Τύραννος. Ex quo haec adscribere juvat: Τύραννος ἤτοι ἀπὸ Τυῤῥηνῶν· ὠμοὶ γὰρ ἦτοι, ἢ ἀπὸ Γύγου, ὅς ἐστιν ἀπὸ Τύῤῥας πόλεως Λυκιακῆς (leg. Λυδιακῆς Sylburg.), τυραννήσαντος πρῶτον ἐν αὐτῇ, cf. Steph.

is suspicatur a Tyrrheno conditam esse, pronior quoque in sententiam Artemonis de Xanthi Λυδιακῶν νοθείᾳ.

De Lydiarum rerum Chronologia post illos duumviros egit Larcher. in Essai de Chronologie Herodot. Tom. VII, Pag. 204, coll. I, 189. Idem in tabulâ chronologicâ refert Atyis imperii rerumque Lydiarum initium in annum 1368 ante Chr. n.: Croesi autem cladem imperiique Lydii finem

Byz. in Τυῤῥηνία. In Etymolog. mscr. haec adscripta esse intelligo ex notâ Graevii in margine exempli, quo utor: ὅτας εὗρον ἐν ὑπομνήματι Ἀρχιλόχε, quae eadem ex Apostolii Collectan. mscr. subjecit Sylburgius. In rebus Gygis Archilochus laudatur etiam ap. Herodotum I, 12. Ea vero critici pro spuriis habuerunt et ejecit Schaeferus e nitidâ accurataque editione, quae nuper prodiit. Sequuntur in Etymologico aliae etymologiae vocis Τύραννος, quas adscribere piget. Sed ibidem praecipitur de antiquiore illius usu, quo regem notabat. Quam vocis vim e chaldaico etymo repetere studuit Fischer in Commentar. in Xenophont. Cyrop. Pag. 1. Eam a prosaicis scriptoribus hoc sensu unquam adhibitam fuisse negat Larcher ad Herodot. III, 50; cui dicam fortasse scribat, qui legerit ab ipso Herodoto I, 14 Gygem dici Τύραννον. Frustra; nam is occupavit re verâ alterius imperium. Denique, ut hoc delibem, illius vocabuli usum demum post Archilochi aevum in Graecia increbuisse docet Scholiast. Sophoclis in Argum. Oedip. Tyr.

in a. 545 ante Chr. n. Est praeterea alius his de rebus liber: Diatribe historica de regno Lydorum auctore D.F. Jani, Halae 1703. Qui quam ea de re sententiam secutus sit, quoniam eo libro uti non licet, nunc quidem ignoro.

De Atye et universa Lydiorum regum serie locus classicus censetur ille Herodoti I, 7. qui tamen scriptor parum sibi videtur constare, cum I, 94, 8) Manis filium dicat Atyn: IV, 45 au-

8) Hunc locum attigit Athenaeus Epitom. I, 33. cujus errorem notavit Schweighaeuserus in Animadvers. Pag. 151. Strabonis locus de Atye et Tyrrhenorum coloniâ est Libr. V, Pag. 335 (quem emendare instituit Larcher. ad Herod. I, Pag. 378). Ibidem Pag. 339 tradit Geographus, Anticlide auctore, Pelasgos primum loca Lemno et Imbro vicina condidisse, et illorum nonnullos navigasse cum Tyrrheno Atyis filio in Italiam. De eadem re alius locus est Plutarchi de virt. mulier. Pag. 247 Xyl. (quem explicuit Larcher. ad Herodot. III, 333. Ejusdem viri peculiaris disputatio exstat de Pelasgicis Tyrrhenis in chronologiâ Pag. 241 seqq. 255 seqq.)
In iis scriptoribus, qui Herodotum secuti Tyrrhenos in Italiam profectos tradiderant, fuit etiam Timaeus ille nobilissimus historiarum Italicarum auctor, vid. Tertullianum de Spectaculis Cap. 5: „Lydos ex Asiâ transvenas in Hetruriâ consedisse, Timaeus refert, duce Tyrrheno, qui fratri suo cesserat regni contentione.“ Hanc sententiam amplexus, harum rerum scriptores eo diligentius enumeravit Theodorus Ryckius, quo cu-

tem Cotyn (cujus filius Asias ibidem fertur Asiae, orbis terrarum parti, nomen indidisse):

pidius probare studuit: Herodoti testimonio plus tribuendum esse quam silentio Xanthi, cujus singularis aliqua caussa esse potuerit, quae nos nunc lateat; Herodotum insuper ipsorum Lydorum hac in re famam secutum esse; vid. Pag. 423 Ryckianae dissertationis de primis Italiae colonis ad calcem notarum Holstenii ad Stephan. Byz. — Sevinius vero Pag. 236 commentat. supra laud. vehementer dubitat venisse in Italiam Etruscisque originem dedisse Lydos, hac praecipue caussâ ductus, quod parum veri sit simile eos navibus ad eam rem necessariis instructos fuisse. Doctius eandem opinionem tueri instituit Freret in Memoir. de l'acad. des Inscr. Tom. XVIII, Pag. 95, Xanthi Dionysiique fidem potiorem judicans Herodoteâ. Illius rationes nuper infringere studuit Larcher in notis ad interpret. gall. Herodot. I, 381 seqq. Consulto enim ait ab historiae patre, et quidem ipsorum Lydorum sic tradentium fide, memoratam esse horum profectionem in Italiam, quod eam rem neglectam vidisset a Xantho. Contrarium est judicium Heynii, qui eam sententiam inde ortam putat, quod Graeci antiquum Etruscorum nomen: Turasenarum depravaverint in Τυῤῥηνῶν, standum esse in his potius a Xantho, homine Lydio, quam a Graecis Romanisque, quorum locos multos ibidem collectos reperias Excurs. III ad Virgilii Aeneid. VIII; ubi item de Tyrrhenorum Italiae et Pelasgicorum discrimine agitur, cf. ejusdem Observv. ad Apollodor. Pag. 233 et Commentat. de Castoris epochis in Nov. Comment. Soc. Scient.

Quam quidem rem ita expedire studuit Wesselingius, ut in posteriore loco nihil mutandum existimaret, secus atque alii fecerant, eumque illi priori sic conciliari posse doceret, ut praeter Atyn etiam Cotyn Manis filium ab Herodoto innui dicamus. In alia abire videtur Heyne, qui Observv. in Homer. Vol. IV, Pag. 278, „Asias, ait, aliquis, Cotyis aut verius Atyis filius. Ab hoc Asiam dictam tradebant Lydi, contra Graeci ab Asia Promethei filia. Locus classicus est Herodoti IV, 45, unicus fons, e quo ceteri hauserunt, nisi forte fuerunt alia in Xanthi Lydiacis.“ Is igitur praefert lectionem Eustathii ad Dionys. Perieg. Pag. 270, qui in Herodoti l. l. Ἄτυος 9) vide-

Gotting. Tom. I, Pag. 80 seq., adde Gierigii not. ad Ovid. Metamorph. III, 583. Illi sententiae suffragatur Meiners in der Gesch. der Wissensch. Tom. I, Pag. 100.

Caeterum poëtae vulgarem famam secuti Lydias res frequenter pro Tyrrhenicis usurpant; quod fusius explicare non attinet. Quâ in re aetatis ratio habenda est. Eam legem neglexit Pollux VII, 22 in illustrandâ voce Λύδιον ἔργον in carmine Sapphûs, docente Voſs in den mythol. Brief. I, p. 109. Idem nuper egit de Tyrrheniâ primum a Phocaeensibus (Joniae) initio imperii Persarum patefactâ. vid. Weltkunde der Alten Pag. XXXV in Actis liter. Jenens.

9) Ad illum antiquissimum Lydiae regem Atyn nummum quendam pervetustum musei Pembrocensis refert Spanhemius de usu et praest. numism.

tur legisse pro Κότυος. Idem vir doctus ibidem disputavit de Asiae nomine a regione Lydiae ad Caystrum ad universam orbis partem traducto.

Atyadas autem a Xantho non minus quam ab Herodoto aetate priores esse habitos recte inde colligere videtur Sevin Pag. 234, quod alioqui Dionysius Halicarnasseus in eo quoque ab hujus fide discessurus fuisset, ut qui se ad illius sententiam unice applicuerit.

Revertor ad Dionysii vel potius Xanthi locum. Pro Τόρυβον rescripsi Τόῤῥηβον. Eam lectionem, cujus vestigia nonnulli codices servarunt, firmatam videmus Stephani Byzantii loco s. h. v., qui Nicolai Damasceni auctoritate nititur. Hunc vero Xanthi libros compilare solitum cum infra docebimus, tum observavit quoque novissimus Nicolai editor. In his vero eundem historici nostri Λυδιακὰ exscripsisse dubium videbitur nemini, qui Nicolai locum hunc apud Steph. B. Pag. 116 edit. Orell. cum Dionysio Halicarnasseo contulerit:

Diss. I, p. 18 improbante Wachtero, qui eundem potius ad Alyattem trahendum censet in Archaeolog. num. Pag. 48. Rambachius contra ad Potteri Archaeolog. III, 73, qui judicasset talia vix in eam aetatem cadere, de altero Atye cogitavit, cujus filius Pythius Xerxem regem magnifice exceperit teste Herodoto VII, 28. Memoratur et tertius Atys ab eodem scriptore I, 34 Croesi filius.

Τόῤῥηβος πόλις Λυδίας ἀπὸ Τοῤῥήβου τοῦ Ἄτυος. Ἐν δὲ τῇ Τοῤῥηβίδι ἐστὶν ὄρος Κάριος καλούμενον, καὶ ἱερὸν τοῦ Καρίου ἐκεῖ. Κάριος δὲ Διὸς παῖς καὶ Τοῤῥηβίας ὥς Νικόλαος τετάρτῳ· ὅς πλαζόμενος περί τινα λίμνην, ἥτις ἀπ᾽ αὐτῆς Τοῤῥηβία ἐκλήθη, φθογγῆς Νυμφῶν ἀκούσας, ἅς καὶ Μούσας Λυδοὶ καλοῦσι, καὶ μουσικήν ἐδιδάχθη, καὶ αὐτοὺς Λυδοὺς ἐδίδαξε τὰ μέλη 10).

10) Ex his probabile fit musices apud Lydos ptimordia et rationem exposita fuisse a Xantho. Qua de re qui omnia colligere vellet, quae per veterum scripta commemorantur, ei peculiaris libellus conscribendus esset. Notum enim est, quod Scholiastes Pindari Nem. VIII, 24 ait ὅτι ἐντεχνεῖς οἱ Λυδοὶ περὶ τὴν μουσικὴν et celebratur apud ipsum Pindarum Lydorum Ψαλμὸς, vid. Fragment. Epinic. Pag. 17 ed. Heynii et Lydia ἁρμονία Nem. IV, 73; nec minus celebrata instrumenta ipsorum musica, ut μάγαδις in Anacreontis Fragmento 20, cf. Athenaeum Lib. XIV, Cap. 9, Pag. 634 F. Casaub. De quo vid. Buretius in diss. de musica veterum inserta commentar. acad. inscript. Paris Tom. IV, Pag. 127 seq. Apud eundem Athenaeum est Telestis Selinuntii testimonium de Pelope ejusque comitibus, qui Lydium modum in Graeciam attulisse ferebantur. Hunc modum querulum dicit Apulejus Metamorph. Lib. IV. Contra Cassiodorus Var. II, 40 eundem tradit oblectatione corroborare. Quem dissensum monstravit et componere studuit Casp. Barthius in Adversar. Lib. VIII, Cap. 20, Pag. 2765. Sed ut a de rerum Lydiarum scriptores redeam, classicus in hanc

Lectionis diversitatem quoniam enotavit Orellius, equidem non repetam. Eandem atti-

rem locus est Herodoteus I, 17 — ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων καὶ αὐλȣ̃ γυναικηΐȣ τε καὶ ἀνδρηΐȣ, quem illustrare studuit Larcherius Tom. I, Pag. 204. πηκτὶς memoratur in Orphei Argon. vers. 411, ubi Gesnerus ait pro eodem haberi a poëtâ atque φόρμιγξ. Alios eandem cum magade confudisse docet Schneiderus in Lexico. De hac tradiderat Euphorion in libro de Isthmiis eam in antiquissimis instrumentis habendam esse, vid. Athenaeum Lib. IV, Pag. 188, Schweigh. coll. XIV, Pag 635 Casaub. Memorabilior autem de universâ Lydorum musicâ locu est e tertio libro Heraclidis Pontici περὶ μȣσικῆς ap. Athenaeum XIV, Pag. 624 Cas. In quo ille negat Phrygum atque Lydorum modum ἁρμονίαν δεῖν καλεῖσθαι. Qua in re necesse est consulas Eschenburgium, qui subtiliter docuit, quo sensu Graeci ἁρμονίαν dixerint, ad Lessingii Collectan. zur Literatur. Vol. II, Pag. 182. Πηκτίδος in Homero nulla mentio, sed, praeter Herodotum et Orphicum, in Anacreonte Od. VI, 10 (ad quem locum vid. quae attulit Fischer Pag. 33). Reliqua Herodoti αὐλȣ̃ — ἀνδρηΐȣ illustrare instituit supra laudatus Larcherius de tibiarum ratione disputans, excitato quoque loco Philetae Coi, quem nunc illustratum reperias in amicissimi Kayseri editione Fragment. ejus poëtae Pag. 55. Eundem Herodoti locum attigit etiam Schweighaeuser ad Athen. Vol. VI, Pag. 364 et vir doctus in Wielands Attischem Museum Vol. I, Partic. 2, Pag. 334 seq. in ea commentatione, quae inscribi-

git Heynius ad Virgilii Aeneid. VIII, Excurs. III.

Proximum est illud: ἀπὸ Λυδοῦ μὲν γίνονται Λυδοὶ κ. τ. λ. Quod quomodo accipiendum sit, non est, quod uberius explicem, cum nemo nesciat, quam proni in tradendis populorum originibus scriptores Graecorum fuerint ad eruenda effingendave hominum, a quibus illi appellati viderentur, nomina. Neque vero decernere ausim, quatenus haec etymologia conciliari queat illi alteri sententiae, quâ cum Lydis pro iisdem habentur illi Ludim qui dicuntur Genes. X, 22. Quam in rem, dubitationis illam quidem plenam, consulendi sunt Bochart et Michaelis, qui copiose de his egerunt et caute de iisdem judicans Beckius in der Allgem. Welt- und Völkergesch. Tom. I, Pag. 92. Illud tamen negari nequit, si omnino quidquam ejusmodi etymologiis tribuendum sit, non pro nihilo habendam auctoritatem Xanthi, hominis Lydii. Neque igitur mirum est eadem tradi ab Herodoto VII, 74 et utrum-

tur Ueber die Lydische Doppelflöte. Probatur illi Larcherii ratio, quem tamen hoc nomine reprehendit, quod Phrygias tibias in Lydorum exercitu adhibitas fuisse cogitarit. Ego vero existimo Phrygias res, in illa potissimum antiquitate, haud alienas judicandas esse a rebus Lydiacis, qua de re infra dicetur, et hactenus quidem nihil quidquam impugnari debuisse Larcherium. In eo tamen ille hujus rationem sequitur, quod Etruscos pro Lydorum colonis habet.

que fortasse secuto Servio ad Virgilii Aeneid. VIII, 479. Denique hoc tenendum est: e Dionysii verbis ὄτε — Λυδῶν — Μηϊόνων recte videri colligi posse: Xanthum non magis Lydos distinxisse a Maeonibus, quam Herodotum; vid. l. l. Eam sententiam veriorem judicat Strabo XIII, 928. B. qui ibidem docet ab Homero Lydos nondum memorari; cf. Iliad. II, 865. Eadem placere video Mannerto in Geogr. Gr. et R. VI, 3, 348. cujus docta est hac de re disputatio.

Diversa fuit opinio eorum, qui superiorem ejus regionis, quae postea Lydia dicebatur, partem Maeoniam: inferiorem, quam Caystrus alluebat, Lydiam perhibebant vocatam antiquitus. Eam rationem explicuit Ezech. Spanhemius ad Callimach. Del. 250, cui ita favere video Larcherium, ut mature tamen, adeoque ante Herodoti aetatem, illud discriminis evanuisse existimet, vid. ejus notas hujus interpretationi gallicae subjectas Tom. I, Pag 227, coll. Tom. V, Pag. 325. Priori quidem loco idem retractavit pristinum suum judicium, quo ductus tueri studuerat in Herodoti loco I, 28 vocem Λυδοὶ perperam intrusam textui, recteque nunc inde ejectum a diligentissimo Schaefero. Torrebi autem in eodem Dionysii loco, Xantho auctore, distinguuntur a Lydis [11].

11) Haud alienum videbitur ab hoc loco, in quo de Lydiae nomine disputatur, diversas ejus vocabuli

Sequitur alter locus Xanthi excitatus ab Eratosthene apud Strabonem Lib. I, Pag. 85 Almelov.

formas apponi, praecipue cum in hac re Xanthus ipse in partes vocetur a Stephano Byzantio: Λυδία· ἡ χώρα. Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν πρώτῳ· τὸ ἐθνικὸν Λυδὸς καὶ Λυδαῖος. Holstenius recte addit a Stephano vel ipsius potius epitomatore neglectam formam: Λύδιος, quae et in Herodoto obvia v. c. in loco proxime laudato, unde non erat, quod in Xenophonte (Cyri Disc. VI, 2, 22) Portus corrigeret Λυδίας ἀγαθῶν pro Λυδίων. Λυδία ἀγορὰ est etiam in Anabas. I, 5, 6 (non in Cyropaedia, ex qua perperam hic locus citatur in edit. Schneideri, vitio operarum. — Etiam Fischer in Commentar. Cyrop. Pag 403 recte tuetur formam Λύδιος; illam alteram vero Λύδειος, a Berkelio memoratam, solis librariis putat deberi. Λύδιος est etiam in Pindari Fragmento apud Plutarch. vid. Schneideri collect. Pag. 92 ed. Heynii. In alio Pindaricorum fragm. ex Epinic. Λυδῶν reposuit Hermann pro Λύδιον Pag. 17. Λυδὸς dicitur in Pindari Olymp. I, 37 Pelops, quo in loco multa proponuntur de hujus et Tantali rebus, sine dubio e Λυδιακῶν scriptoribus. In Stephani Byzantii Fragmentis Pag. 16 Tenul. laudatur Ἀντίμαχος ἐν β' Λύδης, quod ibi perperam vertit Tenullius in secundo Lydiae, licet Lyde illa, Antimachi sive uxor sive amica, e Lydia oriunda esset, ut ex Asclepiadis epigrammate docuit Ruhnkenius ad Hermesianact. Eleg. Pag. 292. Quocirca in hujus poëtae versu 41 idem li-

Ταῦτα δ' εἰπὼν (Eratosthenes) τὴν Στράτωνος ἐπαινεῖ δόξαν τȣ̃ Φυσικȣ̃, καὶ ἔτι Ξάνθȣ τȣ̃ Λυδȣ̃.

Τȣ̃ μὲν Ξάνθȣ λέγοντος, ἐπὶ Ἀρταξέρξȣ γενέσθαι μέγαν αὐχμὸν, ὥστ' ἐκλιπεῖν ποταμȣ̀ς, καὶ λίμνας καὶ φρέατα· αὐτὸν δὲ εἰδέναι πολλαχῆ πρόσω ἀπὸ

benter emendasset Λυδηΐδος, si gentilis formae: Λυδεὺς et Λυδηΐς exempla in promtu essent. Etiam in reliquis ejus loci versibus vel Lydiae vel Sardium mentionem, temere deletam opinati, restituere conati sunt Casaubonus et Lennep ad Coluthum Pag. 168. Ille a Stephano servatus versus Antimachi non effugit Schellenbergii diligentiam, vid. ejus edit. Pag. 80 coll. Pag. 13. Eadem supra attigimus ad Hecataeum. Altera Lyde, ut hoc delibem, memoratur ab Anonymo in libello de mulieribus, quae bell. clar. in der Bibliothek der alt. Lit. u. K. VI, P. 20 e Xenophilo Λυδιακῶν scriptore, de quo infra agetur. Quod ipsum nomen Λυδιακῶν frequentatum apud veteres satis tuetur adjectivi formam Λυδιακός. Denique adjectivi Λυδικὸς auctoritatem firmare queas cum nonnullis codicibus Herodoti V, 12, qui Λυδικὰ exhibent, tum loco proxime laudato Anonymi, qui ita Xenophilum excitat: ὁ τὰς Λυδικὰς ἱστορίας γράψας. Verum cum in Herodoto optimi libri teneant Λύδια (vid. var. lect. in edit. Wesseling.), fortasse quispiam arbitretur in Anonymi loco reponendum e e Λυδιακὰς, uti etiam in Stephano Byzantio s. v. Εὐπάτρια, vid. infra. Ego tamen manum abstinere maluerim.

τῆς θαλάσσης λίθους τε κογχυλιώδεις (quidam codd. λίθους τε καὶ κογχ. alii: λίθον τε κογχυλιώδη), καὶ τὰ κτενώδεα, καὶ χηραμίδων τυπώματα, καὶ λιμνοθάλασσαν ἐν Ἀρμενίοις καὶ ἐν Ματτιηνοῖς (al. Ματτινηοῖς, prorsus abest a Cod. Veneto) καὶ ἐν Φρυγίᾳ τῇ κάτω· ὧν ἕνεκα πείθεσθαι τὰ πεδία ποτὲ θάλατταν γενέσθαι.

Hujus loci partem supra adhibui signandae aetati historici nostri. Quae h. l. subjecimus, praeterea docent eundem Armeniam aliasque exteras terras adiisse.

De formâ κογχυλιώδεις egit Casaubonus ad h. l. Memorantur insuper et κτενώδεα (pectines), vid. Aristotel. Hist. Anim. Lib. IV, Cap. 8, Plin. H. N. XI, sect. 52, Pag. 617 Harduin. et passim, χηραμίδων τυπώματα i. e. lapides impressis foraminibus distincti. Sic enim explicantur χηραμίδες ab Hesychio s. h. v. cf. Suidam s. χηραμοὶ et Pollucem II, 4. χήραμα illustrat Schol. Nicandri Ther. Pag. 4, ed. Paris. χηραμῶν est in Orphei Argonaut. 1266. Cf. Orphici carm. de lapidibus ed. Hermanni Pag. 435.

Alios locos veterum de similibus eventis rebusque laudavit eruditissimus Schneider in Animadverss. ad Eclogas physicas Pag. 105, §. 22, adde Nicolai Damasceni fragmentum de lacubus Phrygiae exsiccatis terrae motu

belli Mithridatici tempore, ex historiarum libro 104, Pag. 122 seqq. ed. Orell.

His subjiciemus consimilis argumenti locum alterum apud eundem Strabonem Lib. XII, Pag. 869:

Ἀκȣ́ειν δ' ἐςὶ καὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων· οἷα φησὶν ὁ τὰ Λύδια συγγράψας Ξάνθος, διηγȣ́μενος οἷαι μεταβολαὶ κατέσχον πολλάκις τὴν χώραν ταύτην (Lydiam et Phrygiam), ὧν ἐμνήσθη μὲν πȣ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν (vid. quae proxime adscripsimus). Καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα πάθη ἐνταῦθα μυθεύȣσι, καὶ τȣ̀ς Ἀρίμȣς, καὶ τὴν Κατακεκαυμένην ταύτην εἶναί φασιν· ȣ̓κ ὀκνȣ̃σι δὲ καὶ τὰ μεταξὺ Μαιάνδρȣ καὶ Λυδῶν ἅπανθ' ὑπονοεῖν τοιαῦτα· (vulgo ταῦτα) καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν λιμνῶν καὶ ποταμῶν, καὶ τȣ̀ς πολλαχȣ̃ κευθμῶνας τῆς γῆς. Ἡ δὲ μεταξὺ Λαοδικείας, καὶ Ἀπαμείας λίμνη, καὶ βορβορώδη καὶ ὑπόνομον τὴν ἀποφορὰν ἔχει πελαγία ȣ̓̃σα· φασὶ δὲ καὶ δίκας εἶναι τῷ Μαιάνδρῳ μεταφέροντι τὰς χώρας, ὅταν περικρȣσθῶσιν οἱ ἀγκῶνες· ἁλόντος δὲ τὰς ζημίας ἐκ τῶν πορθμικῶν διαλύεσθαι τελῶν.

Quibuscum conjungenda sunt haec Lib. XIII, Pag. 931:

Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐςὶν ἡ Κατακεκαυμένη λεγομένη χώρα, μῆκος μὲν καὶ πεντακοσίων ςαδίων, πλάτος δὲ τετρακοσίων, εἴτε Μυσίαν χρὴ καλεῖν, εἴτε Μηονίαν· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως· ἅπαντα ἄδενδρος, πλὴν ἀμπέλȣ τῆς τὸν Κατακεκαυμηνίτην φερȣ́σης οἶνον, ȣ̓δὲνὸς

τῶν ἐλλογίμων ἀρετῇ λειπόμενον. Ἔϛι δὲ ἡ ἐπιφάνεια τεφρώδης τῶν πεδίων· ἡ δὲ ὀρεινὴ καὶ πετρώδης, μέλαινα ὡς ἂν ἐξ ἐπικαύσεως. Εἰκάζϐσι μὲν ȣ̃ν τινὲς ἐκ κεραυνοβολιῶν καὶ πρηϛήρων συμβῆναι τοιȣ̃το· καὶ ȣ̓κ ὀκνȣ̃σι τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα ἐνταῦθα μυθολογεῖν. Ξάνθος δὲ καὶ Ἀριμȣ̃ν τινα λέγει τῶν τόπων τȣ́των βασιλέα.

Quibus obloquitur Strabo, ut potius ignem e terrâ enatum in caussâ esse credat.

Ad alterum locum confer Strabon. Lib. I, Pag. 101, ubi Democles dicitur de eâdem re egisse. 12) In animadversionibus ad tertium lo-

12) Haud absonum judicabitur ab ejus loci argumento, si subjiciam harum regionum descriptionem ex Prisciani interpretatione Dionysii Periegetae, quo specimen proponam variarum lectionum, quas docta manus adscripsit exemplo meo, enotatas cum e Cod. mscr. Bibl. Lugd. Batav. (vid. Catalog. Pag. 328. n. 67, qui Codex notatur litera A.) tum ex editione Prisciani antiquissimâ, sine loci et anni notâ, Italicâ tamen (B), atque insuper ex editione Venetâ in fol. 147?. (C).

Inde tenet terras, pelagus prope, sanguis Jonum:
Per quas Maeander pinguis descendit in aequor,
Inter Miletum currens latamque Prienem.
Ad latus istorum boreum sunt moenia clara: (deest versus in A.)
Urbs Ephesus, claudit quam grato littore pontus. (ponti A.)
Post has Maeoniae tellus: quae vergit ad ortus.
Et Tmoli (molli A.) colles, fluvius quibus aurifer (aurifex C.) exit

cum Casaubonus disputat de terra Gomer et de etymo Phrygiae deducto a φρύγειν ob haec ipsa, quae e Xantho Strabo commemorat. Alii tamen, ut hoc addam, aliam nominis originem cogitabant vel fingebant potius, ut ii, qui a Phryxo (si enim tum scribebant) inditum opinabantur, vid. Scholiast. ad Aristoph. Nub. 258.

Postremum Strabonis locum attigit Beckmann ad Aristotel. de mirabil. auscult. Cap. 39, qui sic habet: λέγεται δὲ καὶ περὶ Λυδίαν ἀναφέρεσθαι πῦρ πάμπληθες καὶ καίεσθαι ἐφ' ἡμέρας ἕπτα, ubi ille legendum existimat: Λυκίαν, quia non succurrat alius scriptor, qui montis flagrantis in Lydia mentionem fecerit. Haec nunquam excidissent viro erudito, si meminisset eorum, quae supra e Strabone XII, 869 et XIII, 932 proposuimus de regione Catacecaumene, quam idem ambigit utrum Mysiae potius tribuat an

Pactolus: cujus prope ripas (ripa B. C.) tempore verno
Si sedeas, dulci capiaris pectora cantu
Cygnorum, pascunt quos herbae flumina (flumine B. C.) circum,
Nam florent Asiae per campos plurima prata:
Sed magis ad fluvium Maeandri, gurgite miti (noto A.)
Quem juxta volvens se murmurat unda Caystri.
Post hos sunt Lycii: quos (quo se A.) Xanthus dividit amnis,
Ad mare vergentes: qui Tauri cornua (cornû C) cernunt,
Usque ad Pamphylos (Pamphylios B.C.), perhibent quem nomine Cragum (gratum A.).

Maeoniae, et quae h. l. addit Strabo de igni e terrâ enato. Atque fieri potest, ut in illis Aristotelis verbis lateat ipsius Xanthi fragmentum, sicuti etiam in altero loco ejusdem, qui falso Aristoteles fertur Cap. 188, ubi in Tmolo monte lapis memoratur repertus pumici similis. Clitophontem tamen etiam hanc in rem advocat a Beckmanno laudatus Plutarchus de fluminib. Pag. 1152.

Haec ipsa autem commonefaciunt alius loci ejusdem Aristotelis Cap. 53 de ossibus humanis vasisque in lapidem induratis repertisque in metallis Lydiae a Croeso factis. Quae et ipsa videri possunt fluxisse ex aliquo Lydiacarum rerum scriptore, adeoque ex ipso fortasse Xantho nostro.

Denique quae ibidem traduntur de Pithecusis insulis, ea constat conjuncta esse argumento cum fabulis, quae ferebantur de Typhone, Tartari e Tellure filio et Arimo, (vel Arimis, quos alii dicebant) auctore ipso Xantho. Etenim tracta fuerunt haec, ut continuo docebimus, ad illas insulas, promontorio Campaniae Miseno objectas, de quibus jam ab antiquis multa narrata fuisse fidem excedentia docet apud Strabonem Lib. V, P. 380 Timaeus, quem nec ipsum tamen a fabulis abhorruisse notum est. Eas insulas a Cercopibus nomen invenisse tradiderant nonnulli, in his Xenagoras. Equidem non repetam, quae in hanc rem ab aliis collecta leguntur, v. c. a Wesselingio ad Dio-

dor. Sic. IV, Pag. 93 ed. Bip. (ubi praeter Cercopes et Syleus ab Hercule, dum in Lydiâ ageret, interfectus dicitur. Similis narratio erat de Lytiersâ, de quo infra in rebus Omphales.) et V, Pag. 408; nec non ab Heynio ad Apollodor. Pag. 181 Il. ad Homer., II, 283, praecipue vero ad Virgilii Aeneida IX, Excurs. II.

Ea tantum breviter explicabo, quae ad Xanthum faciunt reliquosque Graecorum historicos. Fabulae caussam et originem, plurimis plurimorum poëtarum prosariorumque figmentis ornatae, ex etymo repetit Mellmann ita quidem, ut Pithecusarum insularum nomini rationem quandam affinxerit poëta aliquis, vid. ejus commentat. de causs. et auctor. narr. de mutatis formis Pag. 42. Probabilius et convenientius his Xanthi locis e caussis physicis haec eadem repetiit J. H. Voſs in den mytholog. Brief. Tom. II, Pag. 20, ubi etiam chorographica afferuntur de Arimorum terrâ. Etenim hae res a diversis relatae sunt ad diversissimas regiones, quotquot antiquitus subterraneis ignibus arserunt, vid. praeter l. l. Strabonis, qui classicus est, Scholiast. vet. Pindari Olymp. IV, 11 et Schütz ad Aeschyli Prometh. vinct 367 seqq. Jam Homerus de his rebus egerat, vid. Fabric. Bibl. Gr. I, Pag. 375 Harlesii, nec minus Hesiodus, vid. Theogon. 821 seqq. De formâ Τυφῶν consulendi Ruhnkenius et Matthiae ad Homerid. Hymn. in Apoll. vers. 367.

Ex historicis quidem Pherecydes tradiderat Typhonem a Caucaso monte in Italiam confugisse, teste Scholiast. ad Apollon. II, 1214, cf. Pherecydea ed. Sturzii Pag. 165 ejusque notam Pag. 166. Etiam in Hellanici reliquiis Typhonis mentio, ubi vid. ejusdem viri docti notata de fabulae ratione. In Aegyptiacis Typhonis res commemorat Herodotus Lib. II, Cap. 156, ad quem locum facit docta disputatio Jablonskii in Panth. Aegypt. V, 2 de ejus nominis etymo ex Aegyptiorum linguà repetendo. Typhonis speciem, qualem Aegyptii sibi eam informaverant, exhibet anaglyphum repertum in Typhonio, quod Tentyride etiamnum superest. Descripsit Denon in itinerario Aegyptiaco Pag. 373 seq. Ad eandem terram et vicinam Syriam retulerat hunc deum Herodorus, vid. Schol. Apollon. l. l. Ad Ciliciam autem fluviumque Calycadnum Callisthenes, vid. Strabon. Pag. 930 B. Pithecusarum insularum etiam Aeschrion mentionem fecisse in ἑβδόμῳ Ἐφεσίδος dicitur teste Tzetza ad Lycophron. Cassandr. Pag. 113. Cercopes denique et Xenagoram Italiae tribuisse e Suida constat s. h. v. et ex Apostolio Centur. XI, Proverb. 24. 13)

13) Laudatur is cum alibi, tum a Dionysio Halic. Antiq. I, 183, ed. Reisk. in Italiae originibus. Scripserat Chronica, in quibus abiisse dicitur ab Herodoto de antiquitate Phrygum tradente II, 2, vid. Schol. Apollon. et Vossium de histor. Graec. Pag. 422.

A Suidâ etiam Chrysippus dicitur de his egisse.

Ex his perspicuum fit: omnium eorum, quotquot de his rebus tradiderint, si universe quaeramus, duas primarias classes cogitandas esse: alteram eorum, qui Typhonem Arimosque et reliqua id genus vel ad Asiam minorem referrent vel ad Syriam et Aegyptum: alteram ad Italiam inprimisque Campaniae litora, quorum forte primus fuit Pherecydes. Jam si de Xantho requiras, apparet ex Strabonis testimoniis supra positis: illum, qui omnino res Italicas et Asiaticas sejunctas voluisse videtur, ut colligere licet ex loco Dionysii de Tyrrhenis, illum igitur haec Typhonia similiaque traxisse ad Asiam et quidem Catacecaumenam, quae regio in Phrygiae, Mysiae Lydiaeque confiniis sita erat. Quam scriptoris nostri sententiam, probatam Demetrio quoque Scepsio (vid. Strabon. Pag. 929), amplexum esse Livium docet Servius ad Virgil. Aeneid. IX, 715 seq. Ille enim tradiderat in Maeoniâ fuisse Typhonem, cf. Livii Fragmentum 94. Deinde tenendum illud est, hoc tamquam peculiare tribui Xantho nostro a Strabone: fuisse illarum terrarum regem quendam, cui nomen Arimi.

Postremo, nam finiendum est, si haec ipsa de Lydiae terrae conversionibus deque Arimo Arimisve a scriptore nostro tradita contuleris cum his Herodoti I, 93 θώυματα δὲ γῆ

Λυδίῃ ἐς συγγραφὴν ȣ μάλα ἔχει οἷά τε καὶ ἄλλη χώρη, παρὲξ κ. τ. λ., haud vana forte videbitur haec conjectura: historiae patrem his ipsis notare voluisse ἀκρισίαν Xanthi similiumque scriptorum, qui in rebus patriis narrandis fabularum ludibria aucupantes popularium mentes advertere studerent et miranda quaevis ad suam ipsi patriam traherent. 14) Haec hactenus.

Strabo Libr. XIV, Pag. 999 disputans contra Apollodorum aliud servavit fragmentum:

Ὁ μὲν γὰρ Ξάνθος ὁ Λυδὸς, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ φησὶν ἐλθεῖν τοὺς Φρύγας ἐκ τῆς Εὐρώπης, καὶ τῶν ἀριστερῶν τȣ̃ Πόντȣ· ἀγαγεῖν δ' αὐτȣ̀ς Σκαμάνδριον ἐκ Βερεκύντων καὶ Ἀσκανίας.

14) Haud abhorret a vero alia quoque, quae passim in scriptoribus leguntur de Lydiae terrae naturâ mirabili, e Xanthi libris ad illos permanasse, v. c. illud quod apud Senecam est Natur. Quaest. III, 15, itemque apud Plinium et Sotionem de Saliaribus sive Calaminis insulis in Nymphaeo lacu Lydiae, de quibus egit, Plinii errorem notans, Salmasius ad Solini Polyhistor. Pag. 125 et Ezech. Spanheim ad Callimach. Del. vers. 36 De universo fabularum e caussis physicis profectarum genere palmaria disputatio est Justini IV, 1, vel potius Theopompi. Nam ne Trogi quidem Pompeii ea esse, quae priores Justini libri habent, universe docuit Heeren de fontibus Justini et Trogi, et ego sigillatim aliquando docebo, ubi id agam, ut ex hoc ipso loco non minus quam ex aliis primarii scriptoris de rebus mythicis placita explicem.

Quo in loco primum hoc occurrit, quod Ascania memoratur, in Europâ ad laevam Ponti sita, quam ipsam ad locum Homericum Iliad. II, 431 traduxerat Apollodorus in libro περὶ νεῶν, reprehensus hoc nomine a Strabone, qui potius Ascaniam Phrygiae in loco Homeri dicit cogitandam esse, sive eam Phrygiae partem, quae ad lacum Ascanium pertingebat, cf. Libr. XII, Pag. 847. Lacus non minus quam oppida plura Ascaniae nomine distinguit Stephanus Byzantius s. h. v. loco corruptissimo, in quo desudarunt Berkelius reliquique interpretes. Excitatur ibidem liber quartus historiarum Nicolai Damasceni, ex quo Valesius Francorum originem a Trojanis deductam illustrare studuit, vid. Nicol. Fragm. ed. Orell. Pag. 214. Bithyniae lacum Ascanium memoratum videas in Antholog. Graec. II, 188 Brunckii, nec minus in Aristotelis mirabil. auscult. Cap. 54, ubi mira narrantur de ejus lacus aquâ nitrosâ. Bithynicum quidem cogitari debere arbitratur Beckmann ad h. l. adscripto testimonio Antigoni Carystii de eodem: Mannertus contra ambigit, utrum ea ad Bithyniam referat an ad Phrygiam.

Revertor ad Xanthum. Berecynthes, qui ab eo memorantur, sua aetate exstinctos fuisse testatur Strabo XII, Pag. 870 A. Phryges ex Europa in Asiam transiisse, praeter Lydum nostrum, tradit Herodotus VII, 173, unde discimus haec a Macedonibus fuisse narrata, quorum accolae fuerint Phryges, tunc

quidem Briges dicti. Eandem sententiam secuti sunt plurimi scriptores, nimirum ipse Strabo V, 453, X, 722, adde Plinii H. N. V, 41 Stephan. Byz. in Βρίγες ibiq. Holsten. et quos ille laudat; praecipue vero Cononis Narrat. I, in quo loco explicando, nodum in scirpo quaerens, lapsus est Kanne Pag. 64.

His Brigibus imperavit Midas 15). Phrygum originem a Thracibus repetendam de-

15) Quae de hoc nomine ferebantur fabulae variis commentis impeditae, eas attigit nuper vir eruditus in Wielands Attischem Museum Tom. I, Part. 2, Pag. 3 3, qui tamen in eo a vero aberravit, quod, quae ap. Athenaeum XII, Pag. 516 B. Casaub. de Midâ narrantur, e Xanthi fluxisse opinatur historiis. Sunt ea Clearchi. Infra similiter lapsum deprehendemus Eustathium ad Homerum. In Conone non sollicitandam fuisse formam Genitivi Μιδᾶ satis docent ea, quae Fischerus collegit ad Weller. Grammatic. I, P. 357 seq. eamque in ipso Cononis loco tenent aliquot codices Parisienses, vid. eruditissimi Bastii lettre critique Pag. 37 not.

De Midae regis sermone cum Sileno de rebus physicis nobilissima est narratio Theopompi servata ab Aeliano. V. H. III, 18. Eam ego arbitror, secus atque communis opinio fert, intextam fuisse non θαυμασίοις illius scriptoris, sed ἱστορίαις, adductus loco Dionysii Halicarnassensis Tom. V, Pag. 429 et VI, Pag. 787, qui eâ pro exemplo utitur episodii alieno loco intrusi. Quam rem in θαυμάσια non cadere, sed in historias potius, certa quadam ratione inter se connexas aptasque. unicuique harum rerum intelligenti patet.

clarat etiam alterum historici nostri fragmentum, servatum a Stephano Byzantio:

Λόκοζος πόλις Φρυγίας, ἣν ᾤκουν Θρᾶκες Λοκόζιοι· κατεκλύσθη δὲ, ὡς Ξάνθος ὁ Λυδὸς, ὃς καὶ διὰ τοῦ ξ γράφει ἐν τόποις, Λοκοζίτας τούτους καλῶν.

Illud ἐν τόποις male habet interpretes, e quibus Salmasius malit: ἐν τύπῳ τῆς χώρας, recte explosus ab Holstenio, cujus emendatio placet: ἐν πατρίοις (quo ipso haec Λυδιακὰ significentur, in quibus necesse erat, ut multa Phrygiaca traderentur, cum ob ea, quae supra adtulimus, tum quod utraque terra aliquando Lydorum sub imperio conjuncta erat), nisi forte suspiceris: in eo vocabulo latere numerum libri, quem Stephanus laudarit, ut legendum sit ἐν τῷ β′.

Eodem pertinet tertius locus apud Schol. Apollonii II, 724:

Σαγγάριος, ποταμὸς Φρυγίας· ὁ δὲ Μυρλεανὸς Σάγγαρον αὐτὸν λέγεσθαι φησίν. Ἑρμογένης δὲ ἐν τῷ περὶ Φρυγίας φησὶν, Σάγγαν τινὰ ἀσεβήσαντα περὶ τὴν Ῥέαν, μεταβαλεῖν εἰς τοῦτο τὸ ὕδωρ, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸν ποταμὸν Σαγγάριον ὀνομασθῆναι· πλησίον δὲ αὐτοῦ ὀρείας Δήμητρος ἱερόν ἐστιν, ὥς φησι Ξάνθος.

Ejus fluvii, qui magnitudine proxime ad Halyn accedit, mentionem fecit Strabo XII, Pag. 818, qui eundem ab Homero dicit memorari, vid. Iliad. II, 187 ibiq. interprett., adde Pli-

nium H. N. VI, 1 et Scylacem Pag. 82, ubi in nota mscr. Abr. Gronovii corrigitur Isaaci Vossii error, qui eum fluvium Σάγαρον dicit appellatum, debebat: Σάγγαρον ex Scholiastae l. l. Sangarii etiam memoria superest in hac fabula Phrygiâ ap. Anonym. de mulierib. in Bibl. der alt. Lit. u. Kunst VII. Ined. Pag. 16, quae fortasse ipsum Xanthum auctorem habet: Ἀλφαίος ὁ Σαγγαρίου τοῦ ποταμοῦ υἱὸς Ἀθηνᾶν αὐλητικὴν διδάξας, καὶ βιαζόμενος τὴν θεὸν, ὑπὸ Διὸς ἐκεραυνώθη.

Myrleanus ille est Asclepiades Myrleâ Bithyniae oriundus, quae postea Apamea dicta est, qui praeter alia plurima et Βιθυνιακὰ scripsit, vid. Vossium de H. Gr. P. 118, idem consulendus est de Hermogene Pag. 374. Erant praeterea Demosthenis Bithyniaca, quae laudantur a Stephano B. in Τευμησσὸς, unde Homeridae Hymno in Apollin. Pyth. lucem adhibuerunt interpretes vid. Ilgen Animadverss. Pag. 285.

Non Phryges modo, verum etiam Mysi pro Thracibus habebantur. Quam sententiam tueri instituit Mannert Geogr. Gr. et R. VI, 3, 404, conf. Larcherii tabulam geographicam ad calcem Herodot. interpret. Contraria fuit alia opinio, secundum quam a Lydis orti ferebantur, quae et Herodoto placuit VII, 75. Eandem autem prior rationibus ex etymologiâ et utrorumque sermone desumtis firmare studuit

Xanthus, uti constat ex ipsius historiarum fragmento apud Strabonem XII, 857, qui haec ipsa tamen *μυθοποΐας* vocat:

Ὅτι τοὺς Μύσους, οἱ μὲν Θρᾷκας, οἱ δὲ Λυδοὺς εἰρήκασι κατ' αἰτίαν παλαιὰν ἱστοροῦντες, ἣν Ξάνθος ὁ Λυδὸς γράφει καὶ Μενεκράτης ὁ Ἐλαΐτης· ἐτυμολογοῦντες καὶ τὸ ὄνομα τὸ τῶν Μυσῶν ὅτι τὴν ὀξύην οὕτως ὀνομάζουσιν οἱ Λυδοί· πολλὴ δ' ἡ ὀξύη κατὰ τὸν Ὄλυμπον, ὅπου ἐκτεθῆναί φασι τοὺς δεκατευθέντας· ἐκείνων δὲ ἀπογόνους εἶναι τοὺς ὕστερον Μυσούς, ἀπὸ τῆς ὀξύης οὕτω προσαγορευθέντας· μαρτυρεῖν δὲ καὶ τὸν διάλεκτον· μιξολύδιον γάρ πως εἶναι, καὶ μιξοφρύγιον. Τέως μὲν γὰρ οἰκεῖν αὐτοὺς περὶ τὸν Ὄλυμπον· τῶν δε Φρύγων ἐκ τῆς Θρᾴκης περαιωθέντων, εἷλοντο τόν τε τῆς Τροίας ἄρχοντα, καὶ τῆς πλησίον γῆς· ἐκείνους μὲν ἐνταῦθα οἰκῆσαι· τοὺς δὲ Μυσοὺς περὶ τὰς (Mscripti ὑπὲρ τὰς) τοῦ Καΐκου πηγὰς πλησίον Λυδῶν.

Thraciam Mysorum originem asserit Strabo VII, p. 453, ubi agit de Mysis ad Istrum habitantibus, comprobatâ Posidonii sententiâ eosdem spectasse Homerum. Attigit hanc rem Dio Chrysostomus, Orat. XII, ad quem consulendus est Casaubonus in Diatribe Tom. II, Pag. 466 ed. Reisk., ubi item agitur de loco Homeri a Strabone laudato: Mysia, Thraciae regio, memoratur etiam in fragmentis Nicolai Damasceni ex historiarum libro XVIII, Pag. 120, ed. Orell., fortasse e Xantho auctore, in luculentâ narratione de

Alyatte rege et Thraciâ femina. [Eam narrationem hic subjungendam duxi in notâ *). Eandem rem narrat Herodotus V, 12, ita tamen, ut pro Alyatte Darium Hystasp. nec My-

*) Θρακήσιοι δὲ ἐπεκλήθησαν ἀπὸ τῆς τοιαύτης αἰτίας. Ἐπὶ Ἀλυάττου τοῦ τῶν Λυδῶν βασιλέως ἀνήρ τις μετὰ γυναικὸς καὶ τῶν ἑαυτοῦ τέκνων ἐκ Μυσίας τῆς τῶν Θρακῶν χώρας ὁρμώμενος, ἧς καὶ Ὅμηρος μνημονεύει λέγων οὕτως,

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν;

διεπέρασεν εἰς τὰ μέρη τῆς Ἀσίας, εἰς χώραν τὴν λεγομένην Λυδίαν, καὶ κατῴκησε πλησίον τῆς πόλεως Σάρδεων. Τοῦ οὖν βασιλέως πρὸς τὸ πόλεως τεῖχος καθεζομένου, διήρχετο ἡ γυνὴ τοῦ Θρακὸς, ἐπὶ μὲν τῆς κεφαλῆς βαστάζουσα στάμνον, ἐπὶ δὲ τῶν χειρῶν ἠλακάτην καὶ ἄτρακτον, ὄπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην ἵππος τις προσεδέδετο· καὶ ἐπὶ μὲν τῆς κορυφῆς ὁ στάμνος ἦν μεστὸς ὕδατος· ἐν δὲ ταῖς χερσὶν εἰργάζετο νήθουσα ἐκ τῆς ἠλακάτης τὸν ἄτρακτον· ὄπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην ἠκολούθει ὁ ἵππος ἀπὸ τῆς πηγῆς πεποτισμένος. Ταύτην ἰδὼν ὁ βασιλεὺς μεγάλως ἐθαύμασε καὶ ἠρώτησε, πόθεν καὶ τίς καὶ ποίας ἐστὶ πόλεως. Ἡ δὲ ἀπεκρίνατο, Μυσὴν μὲν εἶναι τὸ γένος· Θράκης δ' ἐστὶν αὐτὸ πολίχνιον. Λαβὼν οὖν βασιλεὺς ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἀφορμὴν, πρεσβείαν πρὸς τὸν τῆς Θράκης βασιλέα ποιησάμενος Κότυν ὀνομαζόμενον, ἐκεῖθεν ἔλαβεν ἄνδρας μετοίκους, μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, ὄχλον ἱκανόν. Ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς γράφει ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ, ὁ γεγονὼς ὑπογραφεὺς Ἡρώδου τοῦ βασιλέως.

Ex Constantini Porphyrogen. Lib. I, περὶ θεμάτων. Cap. III.

sam mulierem ponat, sed ex Paeonum gente, de quo loco supra ad Hecataeum monui.

Τὴν ὀξύην describit Theophrastus Hist. plantar. III, 3. Eam eandem esse atque cerrum, de qua Plinius agit H. N. V, 8, multis probare studet Salmasius in Plin. exercitat. Pag. 334, A. B. Illam tamen hodieque a Graecis pro fago haberi, Belone teste, demonstrat Schneider in Lexico Graec.

Ὄλυμπος ille est ὁ Μύσιος ap. Herodotum I, 36, cujus pars antiquitus ad Bithyniam pertinebat. Etiam Mysia Homerica latius patuit Bithyniam versus, quam ea, quae postea Mysiae nomine venit, ut Strabonis auctoritate docuit Heyne ad Iliad. II, 858. De Mysiâ hac posterioris aetatis, in Adramyttenâ regione item est Strabonis locus XIII, 912 B. Hujus rei ignoratio multos errores peperit, in quibus illud est, quod Ortelius duodecim montes finxit, Olympi nomine, et ex hoc uno Mysio tres fecit Olympos, merito notatus a Spanhemio ad Callimach. Dian. 117. Idem recte observavit non necesse esse in loco Athenaei II, 2 emendari περὶ τὴν Λυκίας Ὄλυμπον, pro Λυδίας, quando, in eà terminorum confusione, idem qui Mysius diceretur, Lydius dici posset, idemque Aeolicus. Ejus montis mentionem facit Stephanus Byz. s. h. v. (ubi laudantur Arriani Βιθυνιακὰ). Nec minus in numis ejus vestigia, ut in Hadrianorum ap. Sestinium lett. Tom. IV, Pag. 103.

Caeterum Cares, Mysi et Lydi inter se cognati dicuntur in alio loco Strabonis Pag. 974. Quod vetus fama spectasse putanda est: de tribus fratribus Care, Myso et Lydo ap. Herodotum I, 171.

Ὅπȣ ἐκτεθῆναί φασι τȣ̀ς δεκατευθέντας. Decimus quisque videtur ex civitate ejectus fuisse. Caussa latet. Decimationis mentio fit in alio loco Strabonis VI, P. 395 B.; ubi Chalcidenses, qui postea Rhegium condiderunt, dicuntur δεκατευθέντες τῷ Ἀπόλλωνι oraculi jussu. Qui cum deinde Delphis traduntur profecti, necesse est ipsos eodem fuisse missos. Hujus loci non meminerat Valkenaerius, cum interpretaretur illud in Graecorum jurejurando apud Herodotum VII, 132: τȣ́τȣς δεκατεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ. Explicat enim cum Stephano ad solvendam deo Delphico decimam adigere. Quam viri summi observationem in suam rem adhibuit Morus in Indice in Xenophontis Hist. Gr. At lecto Strabonis loco pronior sis in eam sententiam, ut ipsa hominum corpora deo Delphico a Graecis destinata fuerint. Quam rationem amplexus est Terrasonus, explosus hoc nomine a Bellangerio (vid. Larcherii not. ad l. l. Pag. 351, qui non magis Strabonem adhibuit quam Valkenaerius). Immerito ille quidem: poterant enim ii servituti addici ad opus faciendum in agris deo sacris. Neque tamen cogit Strabonis locus, ut sic explices Herodoteum. Potest enim fieri, ut Chalcidenses illi bonorum suorum decimam

repoſuerint coram in templo Delphico, ut igitur conciliari huic loco queat Valkenaerii interpretatio.

---

Hactenus de originibus populorum, quorum res Xanthus attigit. Sequitur fragmentum ad historiam mythicam pertinens in Etymologico magno s. v. Ἑρμαῖον (non sub ἑρπετὸν, qui est Meursii error ad Hesychium Milesium. Idem vir doctus hanc narrationem Xantho Lyrico adsignat nullâ tamen redditâ ratione. Equidem malim ἐπέχειν, quanquam pronior in contraria).

Ἑρμαῖον, τὸν σορὸν (leg. σωρὸν) τῶν λίθων, καὶ συνόλως τὰς ἐνοδίους λίθους· λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Ξάνθος, ὅτι ἀποκτείναντος Ἑρμοῦ τὸν Ἄργον, καὶ δίκας εἰσπραττομένου καὶ ὑπέχοντος (vulgo ὑπερέχοντος, parum ad rem, Frid. Sylburg.) ἐν τοῖς θεοῖς διὰ τὸ πρῶτον ἅψασθαι (ἀνθρωπείου φόνου addendum censet idem.), τοὺς λοιποὺς ἀφοσιουμένους τὸ ἄγος, καὶ ἀπολύοντας τοῦ φόνου (ἄφος μὲν τὸ ἄγ. διὰ δὲ τὸν Δία ἀπολυον. Idem.) προσβάλλειν αὐτῷ τὴν ψῆφον· ὅθεν διαμένειν ἔτι καὶ νῦν.

Sequitur locus Odyss. π΄ vers. 471; (laudatur autem ibi Iliad. π΄.) subjiciunturque verba Scholiastae ad eum, ubi Anticlides hujus rei auctor laudatur, de quo supra. Ex his fontibus fabula in plurimorum scriptorum, grammaticorum, aliorum opera permanavit. Eam nuper attigit eruditus Sluiter in ea disputatione, quae

est de Hermis, vid. ejus Lectiones Andocideas Pag. 44 seq. Adde locis ab eo laudatis Suidam s. h. v. et praecipue Eustathium ad Odyss. l. l. Pag. 615 ed. Basil. Hic quidem, praeter illam a Xantho traditam, ejus rei explicationes alias affert simulque fusius docet: ἕρμαιον recte προπαροξύνεσθαι: ἕρμαιον, sive τόπον notet, sive εὕρημα ἐπικερδὲς, licet ἑρμαῖος λόφος scribatur tanquam properispomenon, explicatâ quoque Atticorum in his rebus discrepantiâ. Cum his conferenda sunt, quae leguntur in Fragmento Lexici Graeci ab Hermanno editi e Codice Augustano ad calc. libri de emendand. rat. Gramm. Graec. Pag. 342, ubi ita: παράγεται δὲ ἀπὸ τῦ Ἑρμῆς ἑρμαῖον καὶ ἕρμαιον. Ibidem Pag. 307 in Herodiani fragmento praecipitur de genitivo Ἑρμῦ. In loco Hesychii e manuscriptis codicibus Venetis Ἕρμεον. σωρὸς λίθων enotavit Schow in Supplement. ad Hesych. edit. Albert. Pag. 304. Vocabulum in veterum scriptis frequenter corruptum est, ut in Dione Chrysostomo Pag. 420, Tom. II Reisk., ubi pro ἕρματα ἕρμαια restituit Casaubonus, probante Sluitero, qui hunc locum laudat. Poterat laudare eundem Casaubonum ad Strabonem Libr. XVII, P. 1173, ubi is lectionem vulgatam ἑρμαῖα recte tuetur adversus eum, qui ἕρματα maluerat. Similiter in Aeliani Hist. An. XIV, 24 Gesnerus bene reposuit ἕρμαιον, vid. Schneideri notas Pag. 459.

Caeterum lapidum cumuli, in Mercurii honorem congesti, vocabantur etiam ἕρμακες; quam vocem explicat Scholiastes ad Nicandri Theriaca Pag. 12 ed. Paris. Ἕρμαιον εὕρημα, hoc sensu Platoni frequentatum, illustrat Eustathius l. l., qui in hanc rem Herodianum advocat; nec minus Timaeus in Lexico Platonico, ad quem locum docte, ut adsolet, Ruhnkenius Pag. 121. Hermaeum aliis quoque significationibus usurpatum legitur, ut in Suetonii Claud. 10, ubi diaetam notat, explicante Ernestio. Eundem locum ex inscriptione veteri illustrare studuit Casaubonus in Commentar. Pag. 126 coll. Pag. 84 ed. Wolfii. De hoc vocabulo monuit etiam Boettigerus in censura operis, quod inscribitur: Musée Napoleon.

Illud haud facile decernas, utrum Xanthi fragmentum in Etymologico obvium, si vero Lydo nostro tribuendum est, ad ejus Λυδιακὰ pertineat, an ad aliud scriptum. Mercurii nomen, ut hoc obiter moneam, in res Lydias perperam intrusit Harduin ad Plinium Hist. N. Namque opinatur: Hermocapelium oppidum ab eo deo vocatum, reprehensus ab Eckhelio in D. N. V. I, 3, 101, qui ab Hermo fluvio et eam urbem dictam docet, et Hermupolin Lydiae. Aegyptiae autem urbes, quibus hoc nomen, ipsum invenerunt a Mercurio, vid. Wesseling. ad Herodot. II, 67, ubi illud exciderat librariorum negligentiâ. Hermaeum supra commemoratum vidimus in Polyaeni loco,

quem ego e Charone desumtum esse suspicatus sum.

Ἀφοσιȣμένȣς detestatos, abominatos, Jonica verbi forma, qua usus erat Xanthus, in usitatam mutata, sicut etiam Suidas in Βάττος, Herodoti locum IV, 154 excerpens, ἀφοσιȣμενος scripsit. Jonico tamen scriptori suam lectionem ἀπȣσιεύμενος restituerat Portus, antequam ea in Codice Mediceo reperiretur, observante Valkenaerio ad l. l. De ejus vocabuli variâ potestate egit Stephanus in Thes. L. Gr. Tom. II, P. 1519.

In antiquissimis Lydiae regibus ponendus videtur Alcimus, de quo Suidas, Xantho auctore, haec narrat:

Ξάνθος ἱςορεῖ, Ἄλκιμόν τινα βασιλεῦσαι τῆς ἐκεῖσε χώρας, εὐσεβέστατον καὶ πρᾳότατον ἄνθρωπον· καὶ ἐπ' αὐτȣ̃ γενέσθαι εἰρήνην βαθεῖαν, καὶ πλȣ̃τον πολὺν, ἀδέως δὲ καὶ ἀνεπιβȣλεύτως ζῆν ἕκαςον· εἶτα ἐπειδὴ ἑπτὰ ἔτη ἦν τῷ Ἀλκίμῳ, προσελθόντας τȣ̀ς Λυδȣ̀ς παγγενῆ (παγγενεί) τε καὶ πανδημεὶ προσεύξασθαι, καὶ αἰτῆσαι τῷ Ἀλκίμῳ τοιαῦτα ἔτη δοθῆναι ἐς τὸ Λυδῶν ἀγαθόν, ὃ καὶ γέγονε καὶ ἐν εὐποτμίᾳ τε, καὶ εὐδαιμονίᾳ πολλῇ διῆγον.

Conf. Suidam s. πανδημεί, ubi sic: πανδημεὶ δὲ καὶ παγγενῆ ἦλθον οἱ Λυδοὶ παρακαλȣ̃ντες.

Jacobus Gronovius conjicit hunc Alcimum eundem esse, quem Nicolaus Damascenus Aciamum dicat, de quo homine infra videbimus ad librum quartum. Cui conjecturae

idem tamen parum tribuit, ita ut protinus de Alyatte quoque cogitet. Sed haec mere etymologica quam levia sint, nemo ignorat. Quare praestat has res tanquam diversas sejungere, donec gravior utrarumque conjungendarum succurrat ratio, quod et Freretum facere video in commentat. supra laud. Pag. 309 et Sevinium Pag. 240.

Aliud fragmentum ex his Lydiacis debemus Mnaseae, cujus haec verba citantur ab Athenaeo Libr. VIII, Cap. 37.

Ἡ δέ γε Ἀτεργάτις, ὥσπερ Ξάνθος λέγει ὁ Λυδὸς, ὑπὸ Μόψου τοῦ Λυδοῦ ἁλοῦσα, κατεποντίσθη μετὰ Ἰχθύος τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ περὶ Ἀσκάλωνα λίμνῃ διὰ τὴν ὕβριν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰχθύων κατεβρώθη.

De Atergati, Syriae vel deâ vel reginâ nonnulla ad h. l. disputat Casaubonus, quibus ut plura addantur nihil necesse judicat Schweighaeuser ad h. l. Tom. IV, Pag. 581. At vero Casaubonus Atergatim pro eâdem deâ habet cum Astarte sive Derceto, quae Semiramidis reginae mater ferebatur auctore Ctesiâ, vid. Strabon. XVI, Pag. 574. Hanc Caystrus Penthesileae Amazonis filius ex Derceto susceperat. Ita hae res cum Amazoniis conjunctae fuerunt, cf. ejusdem Casauboni Commentar. ad Sueton. Jul. Caes. Vol. III, Pag. 129, ed. F. A. Wolfii. Illam rationem secutus est etiam Artemidorus in Oneirocrit., observante Eckhelio, qui de hoc numine agit D. N. V. I, 3, Pag. 445 in illustrando Ascalonis

urbis nummo, in quo ejus religionis vestigia apparent. Salmasius etiam in Exercitat. Plin. Pag. 574 altius in eam rem descendens Derceto ab Astarte accurate distinguere studuit. Consulendi praeterea de his deabus interpretes ad Lucian. de Deâ Syr. Tom. IX, Pag. 96 Bip., et Seldenus de Diis Syr. II, 4. In ἀρσενοθήλεας Astarten referendam esse censet Heinrich in comment. de Hermaphroditis Pag. 19.

Mopsus Lydius h. l. commemoratus admonet Moxi, qui et ipse Lydius dicitur in fragmento Nicolai Damasceni Pag. 36 Orell. quem ut pro eodem homine habeas cum illo Mopso adducit fortasse, praeter nominis similitudinem (cui tamen equidem non nimium tribuam), illud alterum: quod uterque dicitur homines injustos, a se victos, demersisse in lacum. *) Xanthus quidem quoties a Nicolao expressus sit, ex illius reliquiis infra subjiciendis intelligemus. Quo fiet, ut alteruter scriptor ex altero

*) Quod Nicolaus ait, οἷα ἀθέȣς ἐπόντωσεν, de ea re similis locus est Theophrasti de Acrothoitis apud Simplicium Commentar. in Epictet. Enchir. Cap. 38, vid. Epictet. philos. monum. Tom. IV, Pag. 357 ed. Schweighaeuser, ubi sic: πάντες γὰρ ἄνθρωποι καὶ βάρβαροι καὶ ἕλληνες — νομίζȣσιν εἶναι Θεόν· πλὴν Ἀκροθοϊτῶν, ὓς ἱςορεῖ Θεόφραςος, ἀθέȣς γενομένȣς, ὑπὸ τῆς γῆς ἀθρόως καταποθῆναι, cf. Porphyrium de Abstin. anim. II, §. 8, qui eosdem Θῶας vocat. Quae discrepantia fugit Schweighaeuserum in notis ad Simplic.

emendari debeat. Sevinii diversa sententia est. Ille enim Nicolai Moxum eundem esse arbitratur atque Myrsum, cui Candaules, Herodoto teste, in Lydorum regno successit. Quod quam parum firmis rationibus efficere studeat, videant, quibus libuerit, apud ipsum Pag. 250.

In eodem Nicolai fragmento Moxus Melem dicitur tyrannide expulisse. Hunc Melem ab eo distinguendum esse, qui ab Eusebio in Canon. Chronolog. Pag. 50 penultimus Heraclidarum regiae apud Lydos gentis dicitur, docet Wesselingius ad Herodotum I, 84, ubi item Meles rex commemoratur, cf. supra not. 9 ad Charonis Fragm.

Athenaeus Lib. X, Cap. 8. P. 17 Schweighaeuser. ita:

*Ξάνθος δὲ, ἐν τοῖς Λυδιακοῖς, Κάμβλητα* (*Κάμβητα* Aelian. *Κάμβλιτον* alibi, Schweigh.) *φησὶ, τὸν βασιλεύσαντα Λυδῶν, πολυφάγον γενέσθαι καὶ πολυπότην, ἔτι δὲ γαστρίμαργον· τοῦτον οὖν ποτε νυκτὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα κατακρεουργήσαντα καταφαγεῖν· ἔπειτα πρωΐ, εὑρόντα τὴν χεῖρα τῆς γυναικὸς ἐνοῦσαν ἐν τῷ στόματι, ἑαυτὸν ἀποσφάξαι περιβοήτου τῆς πράξεως γενομένης.*

Haec eadem exscripsit Nicolaus Damascenus Pag. 36 Orell., additis tamen nonnullis, quae ab Athenaeo praetermittuntur. In quibus sunt et preces, quas Cambles fuderit, antequam sibi mortem conscisceret. Solet autem Nicolaus in memorabilioribus eventis narrandis tra-

goedias excitare. Quo et ea pertinent, quae iste Croesum suum dicentem facit, quorum nihil quidquam apud Herodotum legitur. Neque vero ista Cambleti afficta oratio e Xanthi historiis manasse putanda est.

In Nicolai loco hominis nomen Καμβλίτας scriptum legitur. Aelianus, qui eadem in ἀδδηφαγίας exemplis posuit, (V. H. I, 27) eundem dicit Κάμβητα, quam tamen lectionem in Athenaei Κάμβλητα emendandam esse censet Perizonius. Ex eodem fonte sua hausit Eustathius ad Odyss. X P. 356, conf. Schweighaeuseri not. ad Athen. l. l.

Caeterum Nicolaus docet nos, in quâ aetate poni debeat Cambles, quando nonnullos credidisse subjicit medicamentis illum redactum fuisse ad insaniam a Jardano. De hoc consulendi sunt Wesseling. ad Herodot. Pag. 4, Larcher. Tom. I, Pag. 186 et Valesius ad Nicolai l. l. Pag. 187.

Ex Jardani ancillâ Heraclidas, Lydiae reges, natos tradit Herodotus dissentiens a scriptoribus plerisque. Cum illo tamen facit Hellanicus ap. Steph. Byz., vid. ejus Fragmenta Pag. 134, ed. Sturz. Utriusque fidem tuentur ii, quos proxime nominavi, interpretes; contra eandem infringere conatur Sevin in comment. l. Pag. 245 applicans sese ad recentiorum auctoritatem scriptorum, qui Heraclidas ex Omphale, Jardani filiâ, faciunt proseminatos, fortasse Xanthi sententiam secuti.

De Herculis ex Omphale progenie item diversa tradunt scriptores, qui ne in filiorum quidem nominibus congruunt, vid. Apollodor. II, 7, 8 Diodor. Sicul. IV, 31. Sevin, quo Herodoteam chronologiam Heraclidarum, qui Lydis imperarunt, in concordiam redigeret cum recentioribus historicis, illius textum corrigere conatur Pag. 251 seqq. Larcherius contra Herodoti fidem a posteriorum rationibus segregans idoneâ interpretatione rem melius expediit Tom. I, Pag. 189.

Hercules ob interfectum a se Iphitum Omphalae serviit, vid. Pherecydem ap. Scholiast. Homer. Odyss. XXI, 23, cf. Sturzium ad illius fragmenta Pag. 186. Hinc ab Heraclearum scriptoribus sive poëtis 16)

16) Continui me in vetustiorum historicorum opinionibus referendis, nam poetarum his de rebus commenta quotquot feruntur, h. l. commemorare non attinet. De Heraclearum poetis, qui Omphales mentionem fecere, vid. Kanne ad Conon. Pag. 97, adde Heynii Observatt. ad Apollodor. Pag. 180 seqq. Ex Heracleâ aliquâ fluxisse videri potest illa narratio de securi, quam Hercules Amazonibus ereptam dono dederat Omphalae ap. Plutarch Quaest. Gr. Pag. 301. Nec minus ad poësin dramaticam traducta Omphales historia. In Athenaeo praecipue laudatur passim Jonis Omphale itemque Achaei, Antiphanis, Cratini. Hujus locum nuper emendavit Jacobs in Observv. ad Aelianum et Philostrat.

sive prosariis Lydiae et Omphales memoria frequentatur. Illam servitutem per integrum annum durasse tradiderat ap. Scholiast. Sophoclis Trachin. 253 Herodorus, ubi

Pag. 17, ut alia taceam. Etiam in Lydiis numis harum rerum vestigia obvia, v. c. in Sardianis, vid. Eckhel Vol. I, Part. III, Pag. 112. In picturis quoque Herculis Omphalesque species et consuetudo frequentata fuisse videtur, vid. locos, quos hanc in rem laudat Facius in Excerptis Plutarchi, quae ad art. spect. Pag. 198. Omphalae serviens Cercopes vicit Hercules, de quibus supra egimus; nec minus Syleum, vid. Apollodor. II, 6, 3, in cujus textu ideo Piersonus emendavit ἐν Λυδίᾳ pro ἐν Αὐλίδι; Ienius Heyne: ἐν αὐλῶνι, qui etiam Lytiersen monet in Lydia ab Hercule occisum. Hanc fabulam illustravit Eichstaedt in ea commentatione, quae est de dramate Gr. comico satyr. Pag. 124. Ferebatur Lytierses filius nothus Midae. Hujus alter filius Aegisteus vel Anchurus, nam discrepat lectio, in Stobaei Florileg. Pag. 93 memoratur auctore Callisthene. Et credibile est a Lydiacarum praecipue rerum scriptoribus eas fabulas memoratas fuisse. Omphales insuper maritus dicebatur Tmolus Lydiae rex (unde ejus terrae mons nomen invenit), vid. Apollodor. Pag. 205 ed. Heyn. alter. Hujus filius ferebatur Tantalus (Schol. Euripid. Orest. 5) Niobes et Pelopis parens, vid. eundem, adde Pherecyd. Sturzii Pag. 137 — 140 (dissentientem a Xantho, ut continuo docebimus). Idem ab aliis Phrygiae putabatur rex, ab aliis Lydiae. Utramque sententiam inter se

perperam antea laudabatur Herodotus, quem satis constat Omphales mentionem non fecisse. Eam confusionem, frequentissimam illam quidem, supra attigimus ad Charonea.

De Omphales nequitia inque subditos contumeliis memorabilis est narratio apud Athenaeum XII, 11, P. 415 Schw. Ejus Clearchum auctorem dicit Deipnosophistarum scriptor. At vero si Eustathium audias ad Iliad. XVI, Pag. 1108 ed. Basil. ejusdem rei Xanthus auctor proditur ab Athenaeo, in quo hoc fefellit Eustathium, quod haec Clearchea narratio continuo subjicitur illi alteri de Adramyte, quam e Xantho Athenaeus excitat, infra adscribendam.

Niobidarum lugubre fatum, multis poëtarum carminibus et phidiaco artis opere celebratum, ad Lydiam ita trahebant nonnulli, ut id ipsum ibi evenisse dicerent; vid. Eustath. ad Iliad. XXIV, 602, Pag. 1506 et, qui gemina his afferunt, Schol. Venet. ed. Villoison. ad l. l.

conciliare studuit Sevin commentat. laud. Pag. 243 eundem referens ad Atyadarum genus. Haec omnia nemo nescit quantopere poëtarum figmentis variata fuerint; sicuti omnino res Lydiacae celebratissimae fuerunt in poëtarum voluminibus, quorum tituli hoc nomen prae se ferunt. Sic erant Magnetis veteris comoediae scriptoris Λυδοὶ, de quibus egit Bentley in epistol. ad Mill. Pag. 479 ed. Lips. Erat quoque Valerii Catonis grammatici poëma: Lydia, Sueton. de illustr. Gramm. 11.

citato Euphorione. Alii post liberorum necem in Lydiam devenisse Nioben, mutatamque in saxum Sipylum montem, in confiniis Phrygiae Lydiaeque situm, et modo Phrygiae adsignatum, modo Lydiae, occupasse commemorabant. Qua de re monuit Bartholdy in itiner. Gr. Tom. I, Pag. 186. Pelops quoque Sipylo Maeoniae oppido profectus in Graeciam ferebatur pervenisse, cf. Scholiast. Apollonii II, 359, ubi et reliquorum et Euphorionis opinio narratur. Et vero in Lydiacis Xanthi de Niobe traditum fuisse constat ex Parthenii Erotic. Cap. 33, ubi e Xanthi Λυδιακοῖς, itemque e Neanthis Cyziceni Simmiaeque Rhodii libris ea expromuntur, quae ab aliorum scriptorum testimoniis prorsus discrepant.

Διαφόρως δὲ καὶ τοῖς πολλοῖς ἱςορεῖται καὶ τὰ Νιόβης· ȣ γὰρ Ταντάλȣ φασὶν (illorum scriptorum nomina initio capitis reposuit Parthenius) αὐτὴν γενέσθαι, ἀλλ' Ἀσσάονος μὲν θυγατέρα, Φιλόττȣ δὲ γυναῖκα· εἰς ἔριν δὲ ἀφικομένην Λητοῖ περὶ καλλιτεκνίας, ὑποσχεῖν τίσιν τοιάνδε· τὸν μὲν Φίλοττον ἐν κυνηγίᾳ διαφθαρῆναι· τὸν δὲ Ἀσσάονα, τῆς θυγατρὸς πόθῳ σχόμενον, αὐτὴν αὐτῷ (Legrand suspicatur excidisse ἀξιῶσαι vel simile quid, aut legendum μνήσασθαι. Cod. autem Parisiensis a Bastio collatus, vid. lettre crit. Pag. 207, exhibet αὐτὴν αὐτῷ γήμασθαι) γήμασθαι· μὴ ἐνδιδȣ́σης δὲ τῆς Νιόβης, τȣ̀ς παῖδας αὐτῆς εἰς εὐωχίαν καλέσαντα καταπρῆσαι. (excidit τὴν οἰκίαν. Heyne.) καὶ τὴν

μὲν διὰ ταύτην τὴν συμφορὰν, ἀπὸ πέτρας ὑψηλοτάτης αὑτὴν ῥίψαι· ἔννοιαν δὲ λαβόντα τῶν σφετέρων ἁμαρτημάτων, διαχρήσασθαι τὸν Ἀσσάονα ἑαυτόν.

Summa fuit de his rebus tradentium varietas observante ipso Parthenio. Nam nec de patris nomine maritique conveniebat, nec de filiorum filiarumque numero, vid. Scholiast. ad Homer. l. l. Sic, ut in veteribus historicis subsistam, Hellanicus, qui hanc fabulam memoraverat in Atlantide sua, alium numerum ediderat, vid. ejus Fragm. Pag. 60; alium Pherecydes Lerius, vid. Fragm. Pag. 141. De summa harum fabularum varietate egit Heynius ad Apollodor. Pag. 238 seqq.

---

Venio nunc ad eas reliquias, quae e singulis historiae Lydiacae libris passim a veteribus exscriptae leguntur.

### Liber primus.

Ex hoc ea desumta sunt, quae supra posui not. 11 de Lydiae nomine, servata a Stephano Byzantino. Eidem debetur alterius loci notitia ex eodem libro repetiti:

Λυκοσθένη, πόλις Λυδίας. Ξάνθος πρώτῃ Λυδιακῶν· ἣν καὶ Λυκοσθένειαν Νικόλαός φησιν· ὁ πολίτης Λυκοσθενεὺς, ὡς Βερενικεύς· παρὰ δὲ Λυδοῖς Λυκοσθενίτης, ὡς Δικαιαρχίτης.

In Nicolai reliquias haec eadem retulit Valesius Pag. 130 ed. Orellii, in horum tamen virorum notis aliquam ejus urbis notitiam frustra quaeras. Nec magis adjuvaberis pervolvens recentiorum de geographia scriptos libros Cellarii, Danvillii interpretum, Mannerti, reliquorum. Idem silentium per veterum: Scylacis, Strabonis, Ptolemaei, Plinii, Melae, aliorum scripta. Quod eo majorem mirationem facit, quo clarius urbis celebritas elucet in numis. Lucas enim Holstenius in notis ad hunc Stephani locum e Golzianis profert illud: ΛΥΚΟΣΘΕΝΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. Unde satis intelligitur metropolin fuisse Lycosthenen.

Notum est harum rerum peritis, quantum Stephanus debeat Holstenio, qui praeter reliquas doctrinae paratae copias lectionibus uteretur, quas e duobus codicibus Palatinis Salmasius, dum Heidelbergae ageret, enotaverat. At vero quot illius errores rei numariae cognitione corrigi queant, jam dudum docuit Ezech. Spanhemius in epistolâ ad Morellium. Ita hoc quoque loco, ut huc redeam, idem ille imponi sibi passus est numo Golziano, quos maximam partem confictos esse egregie demonstravit Eckhel in Prolegomenis ad Doctrin. Num. Vet. Cap. 22, Pag. CXLV seqq. adde Ejusdem disputat. de urbibus, quae se Metropoles dixere, Vol. I, P. IV, Pag. 273. Quocirca non mireris illius monetae ab hoc viro in recensendis Lydiae

numis nec ullam rationem haberi, nec ejus urbis ullum apparere in hac veterum monumentorum parte vestigium.

---

Plinius H. N. Lib. XXV, Cap. V, Pag. 360. ed. Harduin:

„Xanthus historiarum auctor in primo earum tradit, occisum draconis catulum revocatum ad vitam á parente herbâ, quam balin nominat: eâdem Thylonem, quem draco occiderat, restitutum saluti."

Quod ipsum a Plinio tamen in iis habetur, quae incredibilia dictu sint. Simillima huic notissima narratio Apollodori III, 3, (ubi vid. Heynii not.) et Hygini (fabula 36) de Glauco Minois filio herbae ope a dracone suggestae in vitam revocato a Polyido vate. Hujus hominis memoria exstat in Pherecydeis reliquiis, vid. Pag. 185 et 188 Sturzii.

Eam rem Boettigerus (in dem neuen teutschen Mercur 1803, Partic. 6,) ad antiquissimorum praestigiatorum artificia revocans docet: e Nicandro colligi posse, quomodo herbarum medicarum cognitio antiquitus potissimum effloruerit ex earum plantarum indagatione, quas contra serpentum venena adhiberent. Adde quae idem monet in libello, qui inscribitur die heilbringenden Götter Weimar 1803.

De herbis, quas magicâ quâdam vi adversus serpentum ictus pollere credebant, item disputavit Salmasius in Exercit. Plinian. Pag. 1067. Exempla si quaeris, legas Pausaniae Boeotic. XXVII, Pag. 85 seq. ed. Fac. Hujuscemodi opinionibus adducti fuisse videntur prisci homines, ut Aesculapio artis salutaris praesidi Hygiaeque serpentes adjungerent, quorum quoddam genus Agathodaemonum nomine veniebat: omninoque salutaris habitus serpentium allapsus.

Quarum rerum in veterum numis frequentatur memoria, vid. Begerum de numis serpentiferis Pag. 11. Nos quidem, ut in Lydiis subsistamus, utpote in rebus Lydiacis occupati, hoc unum addemus: in ejus regionis monetis et Aesculapii typum reperiri, vid. Eckhel. D. N. V. Pag. 103, neque serpentis desiderari effigiem.

Caeterum a Plinio non magis docemur: utrum Xanthus ab Aesculapio servatum Thylonem tradiderit: sicuti nonnulli Glaucum narraverunt ab eodem restitutum, an ab alio. Nec vero de Thylone quidquam constat.

Herbae nomen balis (βάλις) simplici λ scriptum invenisse videtur Plinius, eodem modo quo Stephanus idem deprehendit in vetere Lexico; vid. ejus Thesaur. Ling. Graec. IV, 611. Duplici scriptum exstat in Etymologico magno, in quo ejus vocabuli etymon affer-

tur: βάλλις, εἶδος ἐςὶν ἄνθους, ὃ δοκεῖ ποιεῖν ἀναζῆν τοὺς τεθνεῶτας, ὁμοίως τῇ ἀρυώνῃ οἱονεὶ βίαλλίς τις οὖσα· ἐπειδὴ δοκεῖ βίον ἄλλον ποιεῖν, καλεῖται βάλλις.

Quae ipsa fortasse Xantho debentur. Nam supra docuimus veteres illos λογογράφους ab etymologiis non abhorruisse.

---

## Liber secundus.

Stephanus Byzantinus:

Ἀρδύνιον· πόλις ἐν Θήβης πεδίῳ, ὡς Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν δευτέρῳ· τὸ ἐθνικὸν Ἀρδύνιος.

Ea urbs Mysiae fuit, sicuti Thebe. Hujus quidem Homerus mentionem facit Iliad. VI, 397. XXII, 479. Pertinebat Thebe ad Troicam ditionem, tenebanturque ea loca a Cilicum coloniâ, vid. Is. Vossium ad Melam I, 18, Heynii not. ad Homer. Iliad. I, 366 ibique Strabonis locos, praecipue XIII, Pag. 930, qui tradit Cilices Troadis a nonnullis perhiberi Syris Ciliciam illam majorem eripuisse, adde J. H. Voſs Weltk. d. A. Pag. VII. Thebes campus memoratur et ab Herodoto in describendo Xerxis itinere VII, 42, et a Xenophonte Anabas. VII, 8, nec non a Nicolao Damasceno Pag. 54 ed. Orell, ubi Croesus a parente ei campo praefectus esse dicitur, fortasse ipso Xantho nostro auctore. Ejus fines accurate describit Mannert Geogr. der Gr. u. R. VI, 3, 424, adde Larcher. table geogr. s. h. v. Caeterum cum hae res Lydiacae cum

rebus Troicis conjunctae essent, non abhorret a vero scriptores Τρωικῶν, in quibus Hellanicus (vid Parthen. Erot. Cap. 34), et Dionysius Milesius (vid. Eudociae Violar. in Villoison. Anecdot. Tom. I, Pag. 128), illarum quoque mentionem in his libris frequentasse.

Ardynii autem oppidi fortasse ab Ardye rege conditi vocatique nullum praeterea per veterum scripta vestigium reperio. Nec magis liquet de hoc:

Στρόγωλα· πόλις Λυδίας. Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν δευτέρῳ· τὸ ἐθνικὸν Στρογωλεύς.

Eo magis per priscorum historias celebratur illud, quod et ipsum ex libro secundo ab Athenaeo commemoratur XII, 11, Pag. 415 Schweigh., cujus loci partem alteram supra adscripsimus: altera sic habet:

Ὁ δ᾽ οὖν Ξάνθος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Λυδιακῶν Ἀδραμύτην φησὶ τῶν Λυδῶν βασιλέα πρῶτον γυναῖκας εὐνουχίσαντα, χρῆσθαι αὐταῖς ἀντὶ ἀνδρῶν εὐνούχων.

Lectionem vulgatam Ἀνδραμύτην emendavit Schweigh. in Animadv. Pag. 356, qui ibidem de hoc castrationis genere scriptorum cum veterum tum recentiorum locos excitat.

At vero quid faciemus Hesychii Milesii testimonio Pag. 30, ed. Meurs., et, qui hunc exscripsisse videtur, Suidae, qui eodem Xantho auctore ex eodem libro haec in medium proferunt:

*Ὅτι πρῶτος Γύγης ὁ Λυδῶν βασιλεὺς γυναῖκας εὐνούχισεν, ὅπως αὐταῖς χρῷτο ἀεὶ νεαζούσαις?*

Itaque Gygi eadem tribuuntur ejusdem scriptoris fide. Quam rem sic expediri posse arbitrantur Vossius de Hist. Gr. l. l. et Sevin in comment. saepius laud. Pag. 265, ut Xanthus dicatur junxisse varias de una eademque re sententias, quas veterum famâ traditas acceperit. Meursius contra in notis ad Hesych. Miles. Pag. 176 in alterutro mendum inesse suspicatur.

Qua de re difficultatibus impeditâ ut meum ipse judicium interponam: possis etiam ita conjicere, ut non tam regis, quam auctoris nomen in Hesychio ejusque compilatore Suidâ corruptum dicas. Jam si Λυδιακῶν scriptores circumspicias, succurrit Xenophili nomen, cujus Λυδικὰς ἱστορίας laudat Anonymus in tractatu de mulieribus, quae bello claruerunt (in der Bibliothek der alt. Liter. und Kunst II, 3. Inedita Pag. 20 cf. supra Not. 11), ut igitur ille forte Gygem prodiderit ejus nequitiae inventorem. Possis etiam de Xenagora cogitare, a quo, praeter cetera, Lydias etiam res traditas fuisse verisimile reddunt ea, quae supra ex eo proposuimus Not. 13. Neque tamen is diserte Lydiaca conscripsisse dicitur. Utriusvis nomen reponendum suspiceris, necesse est simul e Lydia oriundus cogitetur utervis scriptor. Nec magis aliunde constat de illo Xenophilo apud Anonymum. Me-

moratur in Pythagoreis Xenophilus Chalcidensis (vid. Fabricii catalogum Pythagoreorum in Bibl. Gr. Vol. I, Pag. 879 Harles), itemque alter Cyzicenus (vid. Jamblich. vit. Pythagor. Pag. 221 ed. Commelin), quos quidem, ut hoc obiter moneam, confudit Majus ad Lucian. Macrob. Pag. 124 Bipont. Verum de his hominibus nihil reperies a veteribus traditum, quod faciat ad historiae Lydiacae scriptionem. Et satis de rebus, quae meris conjecturis nituntur.

Adramytae mentio fit etiam in Stephano B. s. v. Ἀδραμύττειον· πόλις τῆς κατὰ Καΐκον Μυσίας. Quae ibi declaratur summa hujus nominis scribendi differentia, ea etiamnum apparet in veterum scriptis, v. c. in loco Herodoti VII, 42, ubi codices tum Ἀδραμύττειον, tum Ἀτραμύτειον, tum denique Ἀτραμύττειον exhibent, vid. var. lect. in ed. Wesselingii, qui Ἀτραμύτειον praeferendum censet, simplici τ. Hactenus numi quoque congruunt, quatenus de simplici τ quaeritur: in vocabuli tamen initio discrepant; nam in eis constanter ita: ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ, vid. Eckhelium in Mysiae num. Pag. 448. Nec minor, quam in Herodoto, in Thucydide varietas, vid. V, 1 ibiq. Scholiast. et Dukeri not. adde Emendanda ad calcem Tomi II, ed. Beckii Pag. 508. In Scylace Pag. 88 Ἀδραμύτιον, quod neglectum miror ab Herodoti interpretibus.

Similis discrepantia in prodendo urbis conditore: Κέκληται (ἡ πόλις) ἀπὸ Ἀδραμύτου κτίστου, παιδὸς μὲν Ἀλυάττου, Κροίσου δὲ ἀδελφοῦ, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν πολιτείαις, καὶ ἄλλοι. Hanc sententiam sequitur ipse Stephanus B. eamque suum quoddam veri indicium habere judicat Mannert l. l. Pag. 416. 425, qui tamen in eo lapsus est, quod ejus regis nomen scripsit: Adramys. Alii ab Hermone Lydorum rege, quem hi Adramyn dicant, conditam tradiderunt, teste Stephano, ad quem consulenda est Holstenii nota de hujus quoque nominis diversâ scriptione. Eum Hermonem in Atyadarum Lydiae regum gentem refert Sevin Pag. 309 ita tamen ut ejus aetatem certo definiri posse neget. Tertiam opinionem proponit Valesius ad Nicolaum Damasc., in cujus fragmentis, Pag. 53 ed. Orell. Ἄδραμυς Sadyattae regis filius nothus dicitur. Ab eo id oppidum conditum vocatumque suspicatur is, quem modo dixi, Nicolai interpres. Hoc si placuerit, Xanthus ipse probabiliter dici poterit hunc posteriorem Adramyn ejus urbis conditorem perhibuisse. Nicolai enim fragmentum illud ex ejus Λυδιακοῖς fluxisse infra docebimus. Fieri tamen potest, ut Xanthus in iis lateat, de quibus Stephanus l. l. ita: τινὲς δὲ ἀπὸ Ἕρμωνος τοῦ Λυδῶν βασιλέως· τὸν γὰρ Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἄδραμυν καλοῦσι Φρυγιστί.

Gygis res etiam in aliis locis memorantur, quos e Xanthi opere manasse probabile

est. In quibus et illud numerari debet, si Sevinium audis Pag. 260, quod apud Dionysium Hal. VI, Pag. 820 Reisk. legitur de intervallo Lydorum imperium (Gyge rege) inter et Persicum bellum. 17) At vero cum haec ad universas temporum rationes pertineant, minime ad solam Lydorum historiam: non est, unde colligas haec eadem potius e Xanthi opere fluxisse, quam e scripto Castoris aut Apollodori aut alius cujusvis eorum, qui plurimi temporum rationes explicuerunt. Illud certe levissimum est, quod sententiae suae firmandae caussâ subjicit Sevin: a Diogene Laërtio ejusdem Xanthi fide designari intervallum temporis, quo Xerxes distet a Zoroastre.

Illa vero, quae Nicolaus Damascenus de Gyge tradit, sicuti omnia fere, quae in hujus historiis de Lydorum rebus tradita fuerunt, e Xanthi nostri Λυδιακοῖς tanquam e fonte suo repetita esse veri simillimum videbitur cuique, qui illud, quod supra ex Athenaeo de Camblete expromsimus, itemque Stephani B. locos a nobis et propositos et proponendos

17) Annorum ducentorum et quadraginta, vel potius ducentorum et viginti, si εἴκοσι legas cum Scaligero ad Euseb. Pag. 774, vid. Interprett. ad Dionys. Hoc placet et Sevinio l. l.

accuratius contulerit cum Nicolai fragmentis geminis. 18)

Ac de Gyge luculenta est narratio in Nicolai fragmentis Pag. 50 seqq. Traditur ille a Magnesiis vindictam expetiisse contumeliae, quâ illi Magnetem (vel Marin, ut Codd. Mscr. quidam habent) quendam Smyrnaeum ipsius amasium eundemque poëtam et musicum affecerant. 19)

18) Fortasse etiam ab Heraclide Pontico Fragmento XI de Politiis Xanthi Lydiaca exscripta sunt. Narrantur ibi Lydi, a rege suo quodam male habiti, oraculi jussu a Cumaeis sibi regem arcessivisse. Quo in loco, corrupto illo quidem, Koelerus in notis Pag. 59, qui nihil definire voluerit, prudentius fecisse putandus est iis, qui meris conjecturis indulserunt, in quibus illa est de Mane rege, vid. l. l. Nec pluris facienda est altera Sevinii, quae Koelerum fugit. Suspicatur ille Pag. 251 sur la chronologie des rois de Lydie sub illo τινὰ Heraclidis latere Gordium explicandamque narrationem esse ex Justini XI, 7, de Gordio e plaustro ad solium regium advocato, notans Ponticum, quod contra Herodoti auctoritatem Heraclidarum Lydiae regum generi alienum regem interposuerit.

19) Eam h. l. subjicere placuit, quoniam non unicuique copia fuerit vel Excerptorum Valesii vel Orellianae editionis:

"Οτι Μάγνης ἦν ἀνὴρ Σμυρναῖος, καλὸς τὴν ἰδέαν, εἴ τις καὶ ἄλλος, ποιήσει τε καὶ μουσικῇ δόκιμος. "Ησκητο δὲ καὶ τὸ σῶμα διαπρεπεῖ κόσμῳ, ἁλουργῇ ἀμπεχό-

Sequuntur copiosae narrationes de Sadyatte, Alyatte Croesoque Pag. 52 — 69 ed.

μενος καὶ κόμην τρέφων χρυσῷ ϛρόφῳ κεκορυμβωμένην· περιῄει τε τὰς πόλεις ἐπιδεικνύμενος τὴν ποίησιν. Τούτου δὲ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἤρων, Γύγης δὲ μᾶλλόν τι ἐφλέγετο, καὶ αὐτὸν εἶχε παιδικά. Γυναῖκάς γε μὴν πάσας ἐξέμηνεν, ἔνθα ἐγένετο ὁ Μάγνης, μάλιϛα δὲ τὰς Μαγνητῶν, καὶ συνῆν αὐταῖς. Οἱ δὲ τούτου συγγενεῖς ἀχθόμενοι ἐπὶ τῇ αἰσχύνῃ, πρόφασιν ποιησάμενοι, ὅτι ἐν τοῖς ἔπεσιν ᾖσεν ὁ Μάγνης Λυδῶν ἀριϛείαν ἐν ἱππομαχίᾳ πρὸς Ἀμαζόνας, αὐτῶν δὲ οὐδὲν ἐμνήσθη, ἐπαΐξαντες περικατέῤῥηξάν τε τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὰς κόμας ἐξέκειραν, καὶ πᾶσαν λώβην προσέθεσαν. Ἐφ' οἷς ἤλγησε μάλιϛα Γύγης, καὶ πολλάκις εἰς τὴν Μαγνητῶν γῆν ἐνέβαλε. Τέλος δὲ χειροῦται τὴν πόλιν· ἐπανελθὼν δὲ εἰς Σάρδεις, πανηγύρεις ἐποιήσατο μεγαλοπρεπεῖς.

His liceat mihi nonnulla subjicere ad hunc Nicolai et Xanthi fortasse locum, quae praetermisit Orellius. ᾔσκητο — κόσμῳ. E poëtarum more. Sic etiam Arion in Herodoto I, 24 σκευὴν dicitur induisse. Eodem pertinet illud ἐπιδεικνύμενος. Qua de re docte egit Wyttenbachius in Ἐκλογ. ἱϛορ. Pag. 339. — Μαγνητῶν. Quaeritur, utrum ejus Magnesiae incolae, quae ad Sipylum dicitur, an quae ad Maeandrum. Equidem nil decerno. Herodotus in Gygae rebus nihil de hoc bello. — Λυδῶν ἀριϛείαν ἐν ἱππομαχίᾳ πρὸς Ἀμαζόνας. Amazonum in rebus Lydiis vestigia jam supra monstravimus, eademque apparent in ejus terrae numis, vid. Eckhel D. N. V. Part. I, Vol. III, Pag. 94 seqq. — Γύγης — Μαγνητῶν — χειροῦται τὴν πόλιν. Magnesiorum quandam

Orell., quas et ipsas, magnam certe partem, e Xanthi Λυδιακοῖς desumtas esse, haud vana su-

cladem narrat Plinius H. N. VII, 38, ubi Candaules Lydiae rex dicitur: „Bularchi picturam illius exitii pari rependisse auro.“ Quae ipsa fortasse e Xanthi libro manarunt. In illis tamen, quae Plinius ex suâ quidem sententia de aetate Candaulis adjecit, gravissime lapsus est observante Larcherio ad Herodot. I, Pag. 184.

De Lydorum opibus artiumque apud eos primordiis disputavit Heyne in ea commentatione, quae est de antiquiore artium inter Graecos historia, inserta Opuscul. academ. Vol. V, vid. Pag. 347 seqq., ubi etiam de donariis agitur, a Lydiae regibus dicata. Atque ut in Gyge subsistamus, traditur is a Theopompo Chio et Phania Eresio apud Athenaeum VI, 4 primus omnium donaria aurea et argentea Delphos misisse. Herodotus contra I, 14 Midae Phrygi, Gordii filio, hanc gloriam vindicat. Illi fortasse Xanthum ejus rei auctorem habebant. Longum est nec attinet commemorare, quaecunque per veterum scripta, vel poëtarum, vel prosaicorum commemorantur de Pactolo aurifero, de Lydiae metallis, de Gygis, Croesi reliquorumque divitiis, quae adeo in proverbium cesserant et larga manu ejusmodi locos suppeditat Fischer ad Anacreont. Od. XV, 1, adde Jacobsii animadverss. ad Antholog. Gr. Tom. VIII, Pag. 346, Tom. IX, Pag. 12 et ad Archilochi carmen Tom. VI, Pag. 155. Quibus Musarum famulis licet non nimium fidei habendum sit, quod prudenter etiam Hemsterhusius monet ad Lucian. III, Pag. 385, tamen iidem sua non pror-

spicio est. Quas dum legimus, plura deprehendimus, quae vel maxime faciunt ad scripto-

sus finxisse putandi sunt. De illarum divitiarum caussis et modo gravissime disputavit Heeren in illo opere, quod inscribitur Ideen über die Politik etc. der vornehm. Völk. der alten W. Tom. I, Pag. 195 seqq. Conjunctiora cum Xanthi fragmento apud Athenaeum et Hesych. Miles. ea putanda sunt, quae de Lydorum mollitie et nequitiâ feruntur. Quam in rem unus Athenaeus testimoniorum beatam copiam habet, nec minus Adagiorum compilatores, nam et haec in proverbia abierant, vid. v. c. Suidam s. v. Λυδὸς, ubi sic: Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ παίζει; unde illud Λυδοπαθὴς in Anacreontis fragmento 94 teste Athenaeo interpretabantur ἡδυπαθὴς, vid. quae ad hunc locum congessit Fischeri diligentia in ed. Anacreont. Pag. 422. Itaque imbelles habiti, sicuti Phryges, ita et Lydi, cf. Sturz in Lexico Xenophont. s. v. Λυδός. Nec minus uterque populus servili ingenio famosus, Euripid. Alcest. 678. De illo cf. Jacobs in animadv. ad version. vernaculam orationum Demosthenis Pag. 47. — Tandem, ut hoc delibem, nota sunt, quae fabulose tradita de Gyge leguntur in Platonis republ Lib II, Pag 46, ed. Astii. Ea vero, quae Plutarchus Quaest. Gr. Pag. 301 memorat de eo rege Lydorum regnum ope exercitus occupante, quantopere ab Herodotea narratione I, 12 discrepent, unicuique patet. Frereto quidem in comment. laud. Pag. 283 Plutarchea ratio placet. Utrum haec Xanthum forte auctorem habeat, an alium quempiam e scriptoribus Λυδιακῶν, deficiente pronuntiandi ratione, de-

ris Lydii ingenium penitius aliquanto cognoscendum.[20])

finire non licet. Idem judicari debet de eo loco, quem Valerius Maximus VII, 1, 2, Pag. 440 servavit, ubi Gygae sciscitanti, an aliquis mortalium se esset felicior praedicandus, deus Delphicus Aglaum Psophidium (i. e. Arcadem, vid. supra ad Hecataei Fragm.) praefert. Quorum similia de Croeso tradi nemo ignorat. Gygis aetatem signat Euphorion ap. Clement. Alex. Strom. I, Pag. 389, aequalem Homeri faciens, quem locum correxit Valesius ad Harpocrat. Lex. et Toup ad Scholiast. Theocrit. XVI, 34.

20) Ὅτι Σαδυάττης ὁ Λυδῶν βασιλεὺς, Ἀλυάττεω παῖς, ἦν μὲν τὰ πολέμια γενναῖος, ἄλλως δὲ ἀκόλασος. Καὶ γὰρ ποτὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν, γυναῖκα Μιλήτου, ἀνδρὸς δοκίμου, καλέτας ἐφ' ἱερὸν, βίᾳ ἤσχυνεν, καὶ τὸ λοιπὸν αὐτὴν ἴσχει γυναῖκα. Ὁ δὲ Μίλητος ἦν Μέλανος τοῦ Γύγου γαμβροῦ ἀπόγονος. Δυσανασχετῶν δὲ ἐπὶ τούτοις, φεύγων ᾤχετο εἰς Δασκύλιον. Σαδυάττης δὲ κἀκεῖθεν αὐτὸν ἐξέωσεν. Ὁ δὲ ἀπεχώρησεν εἰς Προκόννησον. Σαδυάττης δὲ ὀλίγον ὕςερον ἔγημεν ἑτέρας δύω γυναῖκας ἀλλήλαις ἀδελφὰς, καὶ ἴσχει παῖδας, ἐκ μὲν τῆς Ἀττάλην, ἐκ δὲ τῆς Ἄδραμυν νόθους· ἐκ δὲ τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς γνήσιον Ἀλυάττην.

Ὅτι Ἀλυάττης ὁ Σαδυάττεω υἱὸς, βασιλεὺς Λυδῶν, ἕως μὲν νέος ἦν, ὑβριςὴς ἦν καὶ ἀκόλασος, ἐκβὰς δὲ εἰς ἄνδρας, σωφρονέςατος καὶ δικαιότατος. Ἐπολέμησε δὲ Σμυρναίοις, καὶ εἷλεν αὐτῶν τὸ ἄςυ.

Ὅτι Ἀλυάττης ὁ Κροίσου πατὴρ, τοῦ Λυδῶν βασιλέως, ἐπὶ Καρίαν ςρατεύων, περιήγγειλε τοῖς ἑαυτοῦ ςρατὸν ἄγειν εἰς Σάρδεις ἐν ἡμέρᾳ ταχτῇ, ἐν οἷς καὶ

Nam primum apparet haud exigua discrepantia ab Herodoteis cum in rebus nonnullis

Κροίσῳ, ὅϛις ἦν αὐτοῦ πρεσβύτατος τῶν παίδων, ἄρχειν ἀποδεδειγμένος Ἀδραμυττίου καὶ Θήβης πεδίου. Ὁ δὲ, ὥς φασὶν, ὑπὸ ἀκολασίας οὐχ οἷός τε ἦν, καὶ πῶς διεβέβλητο πρὸς τὸν πατέρα. Βουλόμενος δὲ ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ ἀπολύσασθαι τὰς αἰτίας, καὶ ἀπορῶν, ὁπόθεν μισθώσαιτο ἐπικούρους (μισθωτοῖς γὰρ ἐχρῶντο) ἦλθεν ἐπὶ Σαδυάττην τὸν ἔπαρχον πλουσιώτατον Λυδῶν ὄντα, δανείζεσθαι βουλόμενος. Ὁ δὲ αὐτὸν πρῶτον ἀναμένειν ἐκέλευσεν πρὸ τῶν θυρῶν, ἄχρι λούσηται· μετὰ δὲ ἐντυγχάνοντι ἀποκρίνεται, ὅτι πολλοὶ παῖδες εἶεν Ἀλυάττη, οἷς πᾶσιν εἰ δεήσοι αὐτὸν ἀργύριον διδόναι, οὐκ ἐξαρκέσει· οὐκοῦν (Kuster ἐκεν) δοῦναι δεομένῳ. Κροῖσον δὲ ἀποτυχόντα τἀνθρώπου εἰς Ἔφεσον ἀφικέσθαι κατὰ ζήτησιν ἀργυρίου. Καὶ τότε μὲν εὔξασθαί τῇ Ἀρτέμιδι, εἰ βασιλεύσειε, τὸν οἶκον ἅπαντα καθιερώσειν τοῦ ἐμπόρου. Ἦν δέ τις Κροίσῳ φίλος, ἀνὴρ Ἴων, ὄνομα Παμφάης, υἱὸς Θεοχαρίδου εὖ μάλα εὐπόρου. Οὗτος ὁρῶν τὴν Κροίσου σπουδὴν, ἐδεήθη τοῦ πατρὸς χιλίους ϛατῆρας δοῦναί οἱ πάσῃ μηχανῇ. Τυχὼν δὲ παρ᾽ αὐτοῦ, δίδωσι Κροίσῳ. Ἀνθ᾽ ὧν μέγαν τε αὐτὸν Κροῖσος ὕϛερον ἐποίησε βασιλεὺς γενόμενος, καὶ εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰσαγαγὼν ἅμαξαν αὐτῷ ἔδωκεν μεϛὴν χρυσίου· τὸν δὲ τοῦ ἐμπόρου οἶκον Ἀρτέμιδι καθιέρωσε, καὶ αὐτὰ τὰ θεμέλια ἀποδόμενος διὰ τὴν εὐχὴν, ὡς μηδὲν λείποιτο. Ὁ δὲ Κροῖσος τοὺς χιλίους λαβὼν χρυσοῦς, ϛράτευμά τε ἤγειρε, καὶ πρῶτος εἰς τὴν κυρίαν ἡμέραν ἄγων ἔδειξε τῷ πατρὶ, καὶ συνεισέβαλεν εἰς τὴν Καρίαν. Κρείττων δὲ ἐξ ἐκείνου τοῦ ἔργου τῶν αὐτὸν διαβαλλόντων γίνεται.

Ὅτι Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἦν φιλοσοφίας, εἰ καί τις ἄλλος, ἔμπειρος, ἥντινα παρὰ τοῖς μάγοις ἐπαιδεύθη.

tradendis, tum in universae historiae indole. Deinde occurrunt plura, quae cum reliquis scrip-

Δικαιοσύνην τε καὶ ἀλήθειαν ἐδιδάχθη κατὰ δή τινας πατρίους νόμους καθεςῶτας Περσῶν τοῖς ἀρίςοις· ὃς καὶ μετεπέμψατο Σίβυλλαν ἐξ Ἐφέσου τὴν Ἡροφίλαν καλουμένην χρησμῳδόν.

Ὅτι ὁ Κῦρος ᾤκτειρε Κροῖσον τὸν Λυδῶν βασιλέα διὰ τὴν ἀρετήν. Καὶ οἱ Πέρσαι μεγάλην ἔ ν η σ α ν πυρὰν Κροίσῳ ὑπό τινα ὑψηλὸν τόπον, ἀφ' οὗ ἔμελλον θεάσασθαι τὰ γινόμενα. Καὶ μετὰ ταῦτα Κῦρος ἐξήλαυνεν ἐκ τῶν βασιλείων, καὶ ἡ δύναμις παρῆν ἅπασα, πολύς τε ὅμιλος καὶ ἀςῶν καὶ ξένων. Ὀλίγον δ' ὕςερον θεράποντες ἦγον Κροῖσον δεσμώτην, καὶ Λυδῶν δὶς ἑπτά. Ὡς δὲ ἐθεάσαντο Λυδοὶ, πάντες οἰμωγῇ καὶ ςόνῳ ἀνέκλαυσαν, καὶ ἔπληξαν τὰς κεφαλάς. Τοσοῦτος δ' ἐκ τοῦ ὁμίλου κωκυτὸς ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν μετὰ δακρύων καὶ βοῆς ἐξεῤῥάγη, ὁπόσος οὐδὲ ἁλισκομένης τῆς πόλεως. Τότε δή τις ἂν καὶ τὴν τύχην ᾤκτειρε, καὶ Κροῖσον ἐθαύμασε τῆς πρὸς τοὺς ἀρχομένους φιλίας. Ὥσπερ γὰρ πατέρα ἑωρακότες, οἱ μὲν τὰς ἐσθῆτας κατεῤῥήγνυντο, οἱ δὲ τὰς κόμας ἔτιλλον· γυναικῶν δε ἡγεῖτο πληθὺς μυρία μετὰ κόμμου καὶ ὀλολυγῆς. Αὐτὸς δὲ ἄδακρυς προσῄει καὶ σκυθρωπός. Ὁ δὲ Κῦρος ταῦθ' ὁρῶν γινόμενα οὐκ ἐκώλυε, βουλόμενος καὶ τοὺς Πέρσας οἶκτόν τινα λαβεῖν αὐτοῦ. Ὡς δὲ προϊὼν κατ' αὐτὸν γίνεται ὁ Κροῖσος, ἐφθέγξατο μεγάλῃ τῇ φωνῇ, δεόμενος τὸν υἱὸν ἀχθῆναί οἱ, ὃς οὐκέτι ἐ π ε π ή ρ ω τ ο τ ὴ ν φ ω ν ὴ ν, ἐξότου τὸ πρῶτον ἐφθέγξατο· ἦν δὲ καὶ τἄλλα ἔμφρων. Καὶ ὁ Κῦρος ἄγειν ἐκέλευσε τὸν νεανίσκον. Καὶ μετ' οὐ πολὺ ἤγετο ἑπομένων αὐτῷ πολλῶν ἡλίκων. Θεασάμενος δὲ αὐτὸν ὁ Κροῖσος οὐκέθ' ὁ αὐτὸς ἦν, ἀλλὰ τότε πρῶτον ἐδάκρυσεν. Ὁ δὲ μετὰ κλαυθμοῦ καὶ βοῆς προσπεσὼν

toribus comparata difficultatem objiciunt. Atque ut de hoc prius videamus: quae in Nicolai

πρὸς τὸν Κροῖσον, Οἴ μοι, πάτερ, ἔφη, ἡ σὴ εὐσέβεια. Πότε δ' ἡμῖν οἱ θεοὶ βοηθήσουσιν; Ἀποβλέψας δὲ εἰς τοὺς Πέρσας, Ἄγεθ', ἱκετεύω, κἀμὲ, ἔφη, καὶ συνεμπρήσατε, κἀγὼ γὰρ ὑμῶν πολέμιος εἰμὶ οὐχ ἧττον ἢ ὁ πατήρ. Καὶ ὁ Κροῖσος, Οὐκ ὀρθῶς λέγεις, ἔφη, μόνος γὰρ ἐγὼ τὸν πόλεμον ἐξήνεγκα, ὑμῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Λυδῶν οὐδείς· ἐμὲ χρὴ καὶ τὴν τιμωρίαν ὑποσχεῖν. Ἐμφυεὶς δὲ τῷ πατρὶ ὁ νεανίσκος οὐκέτ' ἀφίστατο· ἀλλ' ὀδυρόμενος οἴκτου πάντα ἐνέπλησεν, ἀφιεὶς καὶ ἑαυτὸν ἄγειν ἐπὶ τὴν πυράν. Οὐ γὰρ, ἔφη, λελείψομαι τῆς σῆς μοίρας, ὦ πάτερ. Εἰ δὲ νῦν με οὐκ ἐάσουσιν, ἀλλὰ προσδέχου μοι ταχύ. Τίς ἔτι μοι τοῦ βίου ἐλπίς; ὃς, ἐξ ὅτου περ ἔφυν, ἀεὶ μέν σοι λυπηρὸς ἦν, ἀεὶ δ' ἐμαυτῷ· εὐτυχοῦντα μὲν ἐκτρεπόμενος ὑπ' αἰδοῦς διὰ τὴν τότε μοι προσοῦσαν ἀφωνίαν τε καὶ λώβην· ἐπεὶ δ' ἠρξάμεθα δυστυχεῖν, τότε πρῶτον φωνὴν ἀφῆκα, καί μ' εἰς τοῦτο μόνον ἠρθρωσαν οἱ θεοὶ, ὅπως ἂν ὀδύρωμαι τὰς ἡμετέρας τύχας. Ὁ δὲ πατὴρ ἔφη· Μὴ παντάπασιν, ὦ παῖ, σεαυτὸν ἀπογνῷς νέος ὢν, καὶ πολλοῦ σοι ἔτι ὄντος τοῦ λοιποῦ βίου, ὅπου γε κἀμοὶ λείπεταί τις ἐλπὶς ὅμως, καὶ οὔπω τὰκ θεοῦ ἀπέγνων. Ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντι προσῄεσαν πολλαὶ δή τινες θεράπαιναι, κομίζουσαι ἐσθῆτας πολυτελεῖς καὶ ἄλλον παμπληθῆ κόσμον, ὃν ἔπεμψαν συγκατακαησόμενον αἱ τῶν Λυδῶν γυναῖκες. Ὁ δὲ τὸν υἱὸν ἀσπασάμενος καὶ τοὺς ἐν κύκλῳ Λυδοὺς, ἐπὶ τὴν πυρὰν ᾔει. Καὶ ὁ παῖς εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀνασχὼν, Ὦναξ Ἄπολλον καὶ θεοὶ πάντες, εἶπεν, οὕστινας ὁ πατὴρ ἐτίμησεν, ἔλθετε νῦν γε ἡμῖν βοηθοὶ, καὶ μὴ συναπόλλυται Κροίσῳ πᾶσα ἀνθρώπων εὐσέβεια. Ταῦτα εἰπόντα μόλις ἀπῆγον οἱ φίλοι, βιαζόμενον εἰς τὴν πυρὰν αὐτὸν συνεμβάλλειν. Κροίσου δὲ

fragmentis de Croesi et avo et patre narrantur, gemina fere intelliguntur esse iis, quae Suidas

ἐπιβαίνοντος αὐτῇ, ἡ Σίβυλλα ὤφθη ἀπό τινος ὑψηλοῦ χωρίου καταβαίνουσα, ἵνα καὶ αὐτὴ ἴδῃ τὰ γινόμενα. Ταχὺ δὲ θροῦς ἦλθε διὰ τοῦ ὁμίλου, ὅτι ἡ χρησμῳδὸς ἥκει, καὶ ἐν προσδοκίᾳ πάντες ἐγένοντο, εἴ τι πρὸς τὰ παρόντα θειάσειε. Καὶ μετ' οὐ πολὺ ἔντονόν τι φθεγξαμένη βοᾷ·

Ὦ μέλεοι, τί σπεύδεθ' ἃ μὴ θέμις· οὐ γὰρ ἐάσει
Ζεὺς ὕπατος Φοῖβός τε καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιάραος.
Ἀλλὰ γ' ἐμῶν ἐπέων πείθεσθε ἀψευδέσι χρησμοῖς,
Μὴ κακὸν οἶτον ὅλοισθε παρὲκ θεοῦ ἀφραίνοντες.

Κῦρος δ' ἀκούσας ἐκέλευσε τὸν χρησμὸν διενεγκεῖν τοῖς Πέρσαις, ὡς ἐξευλαβηθεῖεν ἁμαρτάνειν. Οἱ δὲ δι' ὑποψίας γίνονται, ὡς κατεσκευασμένης, ἵνα σώζοιτο Κροῖσος. Ὁ δ' ἤδη ἐπὶ τῆς πυρᾶς καθῆστο, καὶ σὺν αὐτῷ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν, ἐν κύκλῳ δὲ Πέρσαι δᾷδας ἔχοντες ἧπτον. Σιωπῆς δὲ γενομένης στενάξας μέγα εἰς τρὶς ἀνακαλεῖται πάλιν Σόλωνα. Καὶ ὁ Κῦρος ἀκούσας ἐδάκρυσεν, ἐννοηθεὶς ὅτι νεμεσητὰ δρᾷ, βιασθεὶς ὑπὸ Περσῶν, βασιλέα οὐδὲν ἐλάττονα αὐτοῦ τὴν τύχην ἐμπιπράς. Συνεκέχυντο δὲ ἤδη καὶ Πέρσαι τὰ μὲν ἐπὶ Κροίσῳ, τὰ δὲ ἐπὶ τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ, ὁρῶντες ἀχθόμενον ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐκέλευον σώζειν Κροῖσον. Ταχὺ δὲ Κῦρος πέμψας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ἐκέλευσε τὴν πυρὰν σβεννύναι. Ἡ δὲ ἥθετο, καὶ οὐκέθ' οἷόν τ' ἦν ἐξημμένην ἐν κύκλῳ προσιέναι τινά. Φασὶ δὴ Κροῖσον ἐμβλέψαντα εἰς τὸν οὐρανὸν εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι ἀρῆξαί οἱ, ὁπότε καὶ οἱ ἐχθροὶ σώζειν αὐτὸν ἐθέλοντες οὐ δύναιντο. Χειμὼν δ' ἔτυχε τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐξ ἠοῦς, οὐ μὴν ὑετός γε.

toribus comparata difficultatem objiciunt. Atque ut de hoc prius videamus: quae in Nicolai

πρὸς τὸν Κροῖσον, Οἴ μοι, πάτερ, ἔφη, ἡ σὴ εὐσέβεια. Πότε δ' ἡμῖν οἱ θεοὶ βοηθήσουσιν; Ἀποβλέψας δὲ εἰς τοὺς Πέρσας, Ἄγεθ', ἱκετεύω, κἀμὲ, ἔφη, καὶ συνεμπρήσατε, κἀγὼ γὰρ ὑμῶν πολέμιος εἰμὶ οὐχ ἧττον ἢ ὁ πατήρ. Καὶ ὁ Κροῖσος, Οὐκ ὀρθῶς λέγεις, ἔφη, μόνος γὰρ ἐγὼ τὸν πόλεμον ἐξήνεγκα, ὑμῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Λυδῶν οὐδεὶς· ἐμὲ χρὴ καὶ τὴν τιμωρίαν ὑποσχεῖν. Ἐμφυεὶς δὲ τῷ πατρὶ ὁ νεανίσκος οὐκέτ' ἀφίσατο· ἀλλ' ὀδυρόμενος οἶκτου πάντα ἐνέπλησεν, ἀφιεὶς καὶ ἑαυτὸν ἄγειν ἐπὶ τὴν πυράν. Οὐ γάρ, ἔφη, λελείψομαι τῆς σῆς μοίρας, ὦ πάτερ. Εἰ δὲ νῦν με οὐκ ἐάσουσιν, ἀλλὰ προσδέχου μοι ταχύ. Τίς ἔτι μοι τοῦ βίου ἐλπίς; ὃς, ἐξ ὅτου περ ἔφυν, ἀεὶ μέν σοι λυπηρὸς ἦν, ἀεὶ δ' ἐμαυτῷ· εὐτυχοῦντα μὲν ἐκτρεπόμενος ὑπ' αἰδοῦς διὰ τὴν τότε μοι προσοῦσαν ἀφωνίαν τε καὶ λώβην· ἐπεὶ δ' ἠρξάμεθα δυστυχεῖν, τότε πρῶτον φωνὴν ἀφῆκα, καί μ' εἰς τοῦτο μόνον ἠρθρωσαν οἱ θεοὶ, ὅπως ἂν ὀδύρωμαι τὰς ἡμετέρας τύχας. Ὁ δὲ πατὴρ ἔφη· Μὴ παντάπασιν, ὦ παῖ, σεαυτὸν ἀπογνῷς νέος ὢν, καὶ πολλοῦ σοι ἔτι ὄντος τοῦ λοιποῦ βίου, ὅπου γε κἀμοὶ λείπεταί τις ἐλπὶς ὅμως, καὶ οὔπω τὰ κ. θεοῦ ἀπέγνων. Ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντι προσῄεσαν πολλαὶ δή τινες θεράπαιναι, κομίζουσαι ἐσθῆτας πολυτελεῖς καὶ ἄλλον παμπληθῆ κόσμον, ὃν ἔπεμψαν συγκατακαησόμενον αἱ τῶν Λυδῶν γυναῖκες. Ὁ δὲ τὸν υἱὸν ἀσπασάμενος καὶ τοὺς ἐν κύκλῳ Λυδοὺς, ἐπὶ τὴν πυρὰν ᾔει. Καὶ ὁ παῖς εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀνασχὼν, Ὦναξ Ἄπολλον καὶ θεοὶ πάντες, εἶπεν, οὕστινας ὁ πατὴρ ἐτίμησεν, ἔλθετε νῦν γε ἡμῖν βοηθοὶ, καὶ μὴ συναπόλλυται Κροίσῳ πᾶσα ἀνθρώπων εὐσέβεια. Ταῦτα εἰπόντα μόλις ἀπῆγον οἱ φίλοι, βιαζόμενον εἰς τὴν πυρὰν αὐτὸν συνεμβάλλειν. Κροίσου δὲ

fragmentis de Croesi et avo et patre narrantur, gemina fere intelliguntur esse iis, quae Suidas

ἐπιβαίνοντος αὐτῇ, ἡ Σίβυλλα ὤφθη ἀπό τινος ὑψηλοῦ χωρίου καταβαίνουσα, ἵνα καὶ αὐτὴ ἴδῃ τὰ γινόμενα. Ταχὺ δὲ θροῦς ἦλθε διὰ τοῦ ὁμίλου, ὅτι ἡ χρησμῳδὸς ἥκει, καὶ ἐν προσδοκίᾳ πάντες ἐγένοντο, εἴ τι πρὸς τὰ παρόντα θειάσειε. Καὶ μετ' οὐ πολὺ ἔντονόν τι φθεγξαμένη βοᾷ·

Ὦ μέλεοι, τί σπεύδεθ' ἃ μὴ θέμις· οὐ γὰρ ἐάσει
Ζεὺς ὕπατος Φοῖβός τε καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιάραος.
Ἀλλὰ γ' ἐμῶν ἐπέων πείθεσθε ἀψευδέσι χρησμοῖς,
Μὴ κακὸν οἶτον ὄλοισθε παρὲκ θεοῦ ἀφραίνοντες.

Κῦρος δ' ἀκούσας ἐκέλευσε τὸν χρησμὸν διενεγκεῖν τοῖς Πέρσαις, ὡς ἐξευλαβηθεῖεν ἁμαρτάνειν. Οἱ δὲ δι' ὑποψίας γίνονται, ὡς κατεσκευασμένης, ἵνα σώζοιτο Κροῖσος. Ὁ δ' ἤδη ἐπὶ τῆς πυρᾶς καθῆςο, καὶ σὺν αὐτῷ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν, ἐν κύκλῳ δὲ Πέρσαι δᾷδας ἔχοντες ἧπτον. Σιωπῆς δὲ γενομένης ςενάξας μέγα εἰς τρὶς ἀνακαλεῖται πάλιν Σόλωνα. Καὶ ὁ Κῦρος ἀκούσας ἐδάκρυσεν, ἐννοηθεὶς ὅτι νεμεσητὰ δρᾷ, βιασθεὶς ὑπὸ Περσῶν, βασιλέα οὐδὲν ἐλάττονα αὐτοῦ τὴν τύχην ἐμπιπράς. Συνεκέχυντο δὲ ἤδη καὶ Πέρσαι τὰ μὲν ἐπὶ Κροίσῳ, τὰ δὲ ἐπὶ τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ, ὁρῶντες ἀχθόμενον ἐπὶ τούτοῖς, καὶ ἐκέλευον σώζειν Κροῖσον. Ταχὺ δὲ Κῦρος πέμψας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ἐκέλευσε τὴν πυρὰν σβεννύναι. Ἡ δὲ ἤθετο, καὶ οὐκέθ' οἷόν τ' ἦν ἐξημμένην ἐν κύκλῳ προσιέναι τινά. Φασὶ δὴ Κροῖσον ἐμβλέψαντα εἰς τὸν οὐρανὸν εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι ἀρῆξαί οἱ, ὁπότε καὶ οἱ ἐχθροὶ σώζειν αὐτὸν ἐθέλοντες οὐ δύναιντο. Χειμὼν δ' ἔτυχε τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐξ ἠοῦς, οὐ μὴν ὑετός γε.

habet in Ἀλυάττης (e Nicolao sine dubio) et Xenophilus apud Anonymum l. l. Singuli

Κροίσου δ' εὐξαμένου ζοφερὸς ἐξαίφνης ἀὴρ συνέδραμε νεφούμενος οὐ πάντοθεν, βρονταί τε γίνονται καὶ ἀστραπαὶ συνεχεῖς· τοσοῦτος δὲ κατεῤῥάγη ὑετὸς, ὥστε μὴ μόνον τὴν πυρὰν σβεσθῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνθρώπους μόλις ἀντέχειν. Κροίσῳ μὲν οὖν ταχὺ στέγασμα πορφυροῦν ὑπερέτεινον· τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὰ μὲν ὑπὸ ζόφου καὶ λαίλαπος ταραττομένοις, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἀστραπῶν, καταπατουμένοις ὑπὸ τῶν ἵππων τραχυνομένων πρὸς τὸν ψόφον τῶν βροντῶν, δείματα δαιμόνια ἐνέπιπτεν, καὶ οἵ τε τῆς Σιβύλλης χρησμοὶ καὶ τὰ Ζωροάστρου λόγια εἰσῄει. Κροῖσον μὲν οὖν ἐβόων ἔτι μᾶλλον ἢ πάλαι σάζειν· αὐτοὶ δὲ καταπίπτοντες εἰς γῆν προσεκύνουν, εὐμένειαν παρὰ τοῦ θεοῦ αἰτούμενοι. Φασὶ δὲ τινες Θαλῆν προειδόμενον ἔκ τινων σημείων ὄμβρον γενησόμενον καὶ ἀναμένειν τὴν ὥραν ἐκείνην. Τόν γε μὴν Ζωροάστρην Πέρσαι ἀπ' ἐκείνου διεῖπαν, μήτε νεκροὺς καίειν, μήτ' ἄλλως μιαίνειν πῦρ, καὶ πάλαι τοῦτο καθεστὼς τὸ νόμιμον τότε βεβαιωσάμενοι. Κῦρος δ' εἰς τὰ βασίλεια Κροῖσον ἄγων παρεκάλει τε καὶ ἐφιλοφρονεῖτο, πειθόμενος εἶναι θεοσεβέστατον· ἐκέλευέ τε, εἴ τι βούλεταί οἱ γενέσθαι, μὴ ὀκνεῖν, ἀλλ' αἰτεῖσθαι. Ὁ δὲ εἶπεν· Ὦ δέσποτα, ἐπεί μέ σοι θεοὶ ἔδοσαν, σύ τε χρηστὰ ἐπαγγέλλεις, αἰτοῦμαί σε δοῦναί μοι πέμψαι Πυθῶδε τὰς πέδας τάσδε, καὶ τὸν θεὸν ἐρέσθαι, τί παθὼν ἐξηπάτα με τοῖς χρησμοῖς ἐπάρας στρατεύειν ἐπί σε ὡς περιεσόμενον, ἐξ ὅτου αὐτῷ τάδε ἀκροθίνια πέμπω, (δείξας τὰς πέδας) καὶ τί δήποτε ἀμνημονοῦσιν χάριτος οἱ τῶν Ἑλλήνων θεοί. Κῦρος δὲ γελάσας καὶ τάδε ἔφη δώσειν καὶ ἄλλων οὐκ ἀτυχήσειν αὐτὸν μειζόνων. Κῦρος δὲ ὀλίγου χρόνου φίλον ἐπεποίητο Κροῖσον, ἐξιὼν τε ἐκ Σάρδεων ἀπέδωκε παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ σὺν αὐτῷ ἀπήγετο.

enim narrant: avum rem habuisse cum sorore suâ, (quamquam Xenophilus et Nicolaus

Φασὶ δέ τινες καὶ ἐπιτρέψαι ἂν αὐτῷ τὴν πόλιν, εἰ μὴ ᾤετο νεωτεριεῖν.)

In Croesi rebus nonnulla occurrunt, quae illustratione indigeant. Quam in rem pauca subjiciam. Pag. 60. ὃς ἐκέτι ἐπεπήρωτο τὴν φωνὴν explicavit Orellius Hippocrateo usu Pag. 195 seq. Idem Croesi filius, ut hoc addam, qui Nicolao ἄφωνος, Herodoto dicitur κωφὸς I, 34. Quod cum ipse Herodotus I, 85 interpretari videretur ita, ut ἄφωνον vellet intelligi, illud difficultatem peperit, quod idem I, 38 eundem diceret διεφθαρμένον τὴν ἀκοήν. At vero, cum jam Reizius in Praefatione Pag. XXII dubitationem injecisset de verbis τὴν ἀκοήν, melius, me judice, Schaeferus a sua editione illud διεφθ - ἀκοὴν prorsus abesse jussit. Quo factum est, ut illud κωφὸς Herodoti jam sic accipi queat, ut sit ἄφωνος, mutus. Quae sola vis vocabuli apud vetustiores illos obtinuit. De qua re Ernestius monuit ad Homer. Hymn. in Mercur. Pag. 38, cf. tamen Voſs in den mythol. Brief. I, Pag. 102. — Pag. 58. ἔνησαν πυρὰν. Peculiare de exstruendo rogo vocabulum νέω vel νηέω, de quo post Ruhnken. Epist. crit II, 257 seq. et Hermannum ad Aristoph. Nub. Pag. 206 nuper Bast in lettre critique Pag. 182, 188, qui idem, codicum auctoritate, Alciphroni et Heliodoro restituit. Eandem vocem in his Croesi rebus Herodotus I, 86 adhibet, nec minus I, 50, ubi cf. Wesselingii not. Caeterum de illo rogo nihil Ctesias apud Photium in eadem historiâ, in qua ipsa Nicolaus multum discrepat ab Herodoto. Supra

soli de matrimonio tradunt. Sed Suidae locus*) non integer est) patrem autem universi produnt

monui Damascenum in his rebus agere tragoedias. In quo vix dubitandum arbitror, quin multa de suis addiderit. Formam πυθῶδε illustravit Heyne ad Apollod. Obs. Pag. 20.

*) Ἀλυάττης Λυδῶν βασιλεύς· ὃς ἦν μὲν τὰ πολέμια γενναῖος, ἄλλως δὲ ἀκόλαστος· καὶ γάρ ποτε τὴν ἑαυτȣ̃ ἀδελφὴν ᾔσχυνεν· ἐγέννησε δὲ Ἀλυάττην· ὅς τις ἕως μὲν νέος ἦν, ὑβριστὴς ἦν, καὶ ἀκόλαστος· ἐκβὰς δὲ ἐς ἄνδρας σωφρονέστατος καὶ δικαιότατος, καὶ ἀνδρικώτατος· ἐπολέμησε δε Σμυρναίοις, καὶ εἷλε τὸ ἄστυ· ȣ̃τος γεννᾷ τὸν Κροῖσον· στρατεύσας δὲ ἐπὶ Καρίαν, παρήγγειλε τοῖς ἑαυτȣ̃ στρατὸν ἄγειν ἐς Σάρδεις, ἐν οἷς καὶ Κροίσῳ, ὅστις ἦν αὐτῷ πρεσβύτατος τῶν παίδων, ἄρχων ἀποδεδειγμένος Ἀδραμυττείȣ τε καὶ Θήβης πεδίȣ. Ἀλυάττȣ πολιορκȣ̃ντος Πριήνην φησίν. Suidas. Locus in extremis videtur mutilus, et obliteratum scriptoris, unde haec desumta, nomen. Quid Kusterus forte tentarit, ignoro, cum ejus editione nunc quidem uti non liceat, cf. tamen Suid. in Κροῖσος.

Λυδή· Ταύτην φησὶν Ξενόφιλος, ὁ τὰς Λυδικὰς ἱστορίας γράψας, γυναῖκα τε καὶ ἀδελφὴν εἶναι Ἀλυατέω τȣ̃ Κροίσȣ προπάτορος. Ταύτης υἱὸς Ἀλυάτης διαδεξάμενος τὴν τȣ̃ πατρὸς βασιλείαν, ἐγένετο δεινὸς ὑβριστής, ὡς καὶ τὰ ἱμάτια ἀξιολόγων ἀνδρῶν περισχίσαι, καὶ προσπτύειν πολλοῖς. Αὐτὴ δὲ τὸν υἱὸν, ὅσον ἠδύνατο, κατέστελλεν· τȣ̀ς δὲ ὑβριζομένȣς καὶ λόγοις χρηστοῖς καὶ ἔργοις ἠμείβετο· πᾶσαν δὲ τῷ υἱῷ φιλοφροσύνην προσφέρȣσα, εἰς στοργὴν ἑαυτῆς πολλὴν περιέτρεψε. Νομίσασα δὲ αὐταρκῶς ἀγαπᾶσθαι, σκηψαμένη, σίτȣ καὶ τῶν λοιπῶν ἀπέσχετο. Τὸν δὲ παρεδρεύοντα καὶ ὁμοίως ἀσιτȣ̃ντα καταστα λῆναι, καὶ εἰς τȣ̃το μεταβάλλεσθαι, ὥστε φησὶν ὀρθώτατον καὶ δικαιότατον αὐτὸν γενέσθαι.

in adolescentiâ ὑβριστὴν, constantiore aetate σώφρονα. Hoc solo discrepant inter sese, quod Nicolaus Croesi avum Sadyattem dicit, patrem autem Alyattem, plane sicuti Herodotus: illi contra utrumque, et patrem, et avum Alyattem. Quod si reputaveris: has res argumento persimiles inter sese ex uno fonte repetitas videri, i. e. e Xanthi Λυδιακοῖς: fortasse in universis his scriptoribus excepto Herodoto, sicubi Croesi avus cogitandus sit, reponendum censeas vel: Σαδυάττης, vel, si forte Nicolai textus a librariis ad Herodoteum refictus videatur: Ἀλυάττης. Quid? in Anonymi loco fortasse praeterea Ξενόφιλος emendandum est in Ξάνθος. Quo fiet, ut ab uno certe horum scriptorum, Anonymo nimirum historici nostri tanquam harum rerum auctoris nomen diserte proditum dicatur. Cui conjecturae hoc videtur favere, quod hujus Xenophili nullum aliud per veterum monimenta reperiatur vestigium. Contra manum a mutando retrahat forte haec cogitatio: fieri posse, ut hujus lumen suo lumine obscuraverit Xanthus, unde factum sit, ut illius mentio tam rara vel potius paene nulla appareat. Illud prius si forte placuerit, per se patet tolli illam alteram conjecturam, quam supra de Gyge mulieres castrante proposuimus.

Jam ut alterum illud explicem, quod supra attigi: Herodotus, uti ex his fragmentis patet, a Xantho diversus in alia omnia abit cum in singulorum regum rebus narrandis, tum in universo

historiae ingenio. Ac primum dubitari nequit, quin hic fusius tractaverit Atyadarum Lydiae regum facta eventaque, quantum ex ipsius fragmentis apud Stephanum, Nicolaum, Athenaeum obviis colligere licet: Herodotus contra ne nomina quidem singulorum prodit et, si qui memorantur, ut Manes, Atys, Cotys, Asias, Lydus, Tyrrhenus, Meles, tamen in ipsorum vitas nunquam altius descenditur. Neque in quorundam regum nominibus inter ipsos convenit. Sic, ut hoc utar, quantum e Nicolai reliquiis intelligitur, a Xantho Croesi et pater et abavus proditus fuit Alyattes 21), at hic posterior Ardys dicitur apud Herodotum, de quo consule hujus interpretes.

Neque vero erat, cur historiae pater Atyadarum res quasvis accuratius sigillatimque trac-

21) Alyattis alicujus nomine nonnulla reperiuntur in scriptoribus, quae e Xantho fortasse aut alio Lydiacarum historiarum auctore profecta videri possint, v. c. quae Polyaenus VII, 2 de bello adversus Cimmerios itemque adversus Colophonios gesto refert; nec minus quae Diogenes L. I, 83 de Biantis congressu sermoneque cum Alyatte narrat, nisi forte in iis potius Xanthus latet, quos Herodotus I, 27 dicit tradidisse de Biantis colloquio cum Croeso rege. — Ardyos nomen, ut hoc obiter moneam, difficultatem objicit in fabula quadam Graecâ apud Anonym. in Tractat. de mulieribus, quae bello clar. Bibl. der alt. Liter. u. K. VII. Inedit. Pag. 17, ubi vid. not.

taret, utpote alienas a primario consilio, quod proxime declarabimus. Xantho contra, qui, dubium non est, quin historias patrias ab ultima antiquitate repetitas explicare instituerit, utique faciendum erat, ut nihil quidquam e rebus singularum familiarum praetermitteretur, quae quondam Lydis imperaverint. Unde intelligitur et hoc alterum, quî fiat, ut in hujus historiarum reliquiis tam multa reperiantur, quae pertineant ad singulorum regum ex Heraclidarum Mermnadarumque gente vel ingenium repraesentandum, vel mores declarandos, vel facta eventaque exponenda, de quibus nihil aut perparum in opere Herodoti, qui totus fere occupatur in aliis rebus, quas iidem reges publice fecerunt: in bellis gestis, foederibus junctis et quidquid cum rei publicae cura copulatum existimatur. Nimirum Xanthus, qui patriae historiam conderet tanquam domesticus scriptor, facere non potuit, quin domesticas regum res accuratius uberiusque explicaret: Herodotus, qui hac solâ caussâ ductus in Lydorum historiam deflexisset, quod hic populus primus Graecos homines servitute oppressisset, res Gygae Croesique domesticas hactenus tantum attingit, quatenus appareat potestas τȣ̃ θείȣ et divina vindicta severius a Mermnadis expetenda expetitaque ob Heraclidarum injuriam, quos illi Lydorum regno exuissent.

LIBER TERTIUS.

Laudatur hic liber a Stephano Byzantio:

Εὐπάτρια, πόλις Λυδῶν· οἱ πολῖται Εὐπατρίδαι, μᾶλλον δὲ Εὐπατρεῖς Ξάνθος ἐν γ´ 22) Λυδικῶν

Εὐπατρίδαι cur dici nolit Stephanus, inde intelligi ait Holstenius, quod Atheniensium nobiles sic vocati fuerint. Idem hoc loco usus est, quo explicaret numum Vespasiani e Goltzianis. Sed hic numus Eckhelium non magis impulit, ut eam urbem in opus suum referret, quam is, quem supra memoravimus ad v. Λυκοσθ. Nec ulla alia, quod sciam, illius oppidi per geographorum libros memoria deprehenditur. Idem dicendum est de hoc loco ex

LIBRO QUARTO:

Stephanus Byzant.

Ἀσελέβη, πόλις Λυδίας. Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν· οἱ οἰκοῦντες Ἀσελεβαῖοι.

22) Eundem librum etiam in Λυδία laudari credideris, si sequaris Indicem Stephani in Fabricii Bibl. Gr. Vol. IV, Pag. 660. At sub ea voce librum primum citari supra vidimus. Similiter ibidem Xanthus historicus dicitur a Stephano excitari sub v. Ἄρνα et Ἀρτύμνησσος, ridiculo sane errore, nam illic Xanthus Lyciae fluvius commemoratur. Nimirum vitiosissimum eum Indicem esse supra etiam vidimus in notis ad Hecataeum. Nec vacat omnia notare, quotquot in his fragmentis vel commissa vel omissa deprehendi.

Idem liber laudatur ab eodem in Ἀϛερία·

Ἀϛερία, πόλις Λυδίας — λέγεται καὶ Ἀϛερίς· ὁ πολίτης Ἀϛεριώτης καὶ Ἀϛέριος.

Pro Λυδίας Codd. Mscr. et Eustathius ad Iliad. Συρίας exhibent, perperam, observante Holstenio ad h. l., qui tamen ipse in eo graviter lapsus est, quod Asteriam insulam, quae et Delos, commutavit cum Asteriâ alterâ exiguâ insulâ Cephalleniam inter et Ithacam sitâ, notatus hoc nomine a Spanhemio ad Callimach. Del. 37. De Asteriâ insulâ sive Delo est Apollodori locus Bibl. I, Cap. 4 init. diversis doctorum hominum conjecturis tentatus. Male enim habet illud: καὶ πόλις, quam tamen vocem Verheyk ad Antonin. Liber. Pag. 237 tueri studet eo, quod πόλις etiam de insulis dicatur. Refragatur Heynius in Observv. Pag. 18, qui conjicit: ἐπεπόλασεν „usu increbuit." Quid? si dicas πόλις intrusum textui e margine esse, cui aliquis, qui sciret etiam Lydiae urbem sic dici, hoc observationis adscripserit. Cujus rei penes eruditos judicium esto.

Caeterum nec de hoc Lydiae oppido geographorum, quorum scripta legimus, praeter Stephanum quisquam egisse videtur.

---

Stephanus Byzantinus:

Ἀσκάλων πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰουδαίᾳ. Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν φησίν, ὅτι Τάνταλος

καὶ Ἄσκαλος, παῖδες Ὑμεναίου· τὸν δὲ Ἄσκαλον ὑπὸ Ἀκιαμοῦ τοῦ Λυδῶν βασιλέως αἱρεθέντα στρατηγὸν, εἰς Συρίαν στρατεῦσαι· κἀκεῖ παρθένου ἐρασθεὶς (ἐρασθέντα), πόλιν κτίσαι, ἣν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὕτως ὠνόμασε· τὰ αὐτὰ καὶ Νικόλαος ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ (vid. Fragm. ed. Orell. Pag. 116). — λέγεται καὶ Ἀσκαλώνιον ἡ πόλις· τὸ ἐθνικὸν Ἀσκαλωνίτης καὶ Ἀσκαλώνιος, ὡς Ξάνθος ὁ Λυδὸς, καὶ Ἀσκαλωνὶς θηλυκόν.

Rursus Xanthum nostrum a Nicolao compilatum deprehendimus. Ascalonis urbis nomen et in altero Lydii scriptoris fragmento apparet apud Athenaeum, de quo supra diximus, et utrumque inter se conjunctum esse arbitratur Sevin comment. l. Pag. 240. Illius urbis numum Adriano imperatore cusum ex Pyrrhi Ligorii monetarum corpore in partes vocat ad h. l. Holstenius. Illum omissum video ab Eckhelio: consulto fortasse, ut qui sciret hunc virum frequenter nimium tribuisse auctoritati Ligorii. Eckhelius Adriani numum alium laudat ex Pellerinio et Liebio. 23)

23) Scylacis locum locunosum de Ascalone et confiniis sic constituit et explet Abrahamus Gronovius in notis mscr. ad Geographica Antiqua Pag. 102, ed. Jac. Gronov. Ἀσκάλων πόλις Τυρίων, καὶ βασίλειον ἐνταῦθα καὶ ὅρος Συρίας· παράπλους κοίλης Συρίας ἀπὸ Τριπόλεως μέχρι Ἀσκάλωνος. Hoc posterius etiam in impressis legitur. Illud ὅρος Συρίας nemo non intelligit optime congruere cum Xanthi nostri verbis: πόλις

Idem hujus urbis originem dicit involutam fabulis. Harum unam nunc discimus ex illa narratione Xanthi, qui ejus urbis primordia cum Lydorum rebus copulata voluit, ductus inprobo Graecorum etymologias sectantium more, quem saepius attigimus.

Τάνταλος. Est igitur in his quoque Lydiacis Tantali cujusdam memoria, licet Xanthus non Tantalum sed Assaonem, quod antea vidimus, Niobes parentem prodiderit. Ascalon urbs antiquissima fuit, utpote quae jam floreret Josuae aetate, unde parum credibile est Alyattis regis ducem, in Syriam missum, a Xantho habitum fuisse illius conditorem. Quare intelligitur, quam vana sit Jacobi Gronovii conjectura, qui pro Ἀκιαμȣ suspicaretur reponendum esse Ἀλυάττȣ. Neque vero est, cur hunc Aciamum pro eodem habeamus cum Alcimo, de quo supra ex Suidâ. Quisquis ille fuerit (nam consultius est in talibus ignorantiam fateri), referendus certe videtur in antiquissimos ex Atyadarum gente Lydiae reges. Vitium ἐρασθεὶς pro ἐρασθέντα cum Valesio sustulit Berkelius.

Συρίας. Et Judaeam non minus quam Phoeniciam Persarum aetate ad Syriam pertinuisse docet Mannert Geograph. der Griech. u. R. VI, 1, 432. Inde etiam consentiens cum Xantho Herodotus I, 105 Syriae urbem Ascalonem facit. In Strabone autem τὸ ἐθνικὸν in hanc formam deflexum reperitur Pag. 1101 ed. Almelov. ἡ χώρα τῶν Ἀσκαλωνειτῶν.

Stephanus Byzantinus:

Σιδήνη, πόλις Λυκίας, ὡς Ξάνδος ἐν Λυκιακῶν τετάρτῳ· τὸ ἐθνικὸν Σιδηνὸς, ὡς Σοφηνός.

Si Lyciae, ejus, quae Pamphyliae finitima, memoretur urbs Sidenes nomine: in promtu sit emendare Ἀλέξανδρος, ut cogitetur Alexander ille Polyhistor, qui et Historia dictus 24) Sullae aetate Lyciaca, Phrygiaca, Carica conscripsit. Et vero laudatur is, paucis interjectis, ab eodem Stephano in Σίδυμα, quae erat Lyciae urbs, vid. Ptolem. V, 3. Plinii H. N. V, 28. Est praeterea Side apud Melam, Pamphyliae oppidum, ubi navium fabrica et mancipiorum forum, vid. Strabo Pag. 980. A, quod oppidum Mela in altero loco Lyciae adsignat, vid. Is. Vossium ad eum Pag. 30, adde Sallustii Historiar. fragmenta ed. Schlüter Tom. II, Pag. 317. Erat porro urbs Siden, unde Ponti quaedam regio dicta Sidena, vid. Strabon. Lib. II, Pag. 188. 824. 834 Plin. H. N. VI, 4.

At Σιδηνὴ urbs ad Granicum amnem sita cum regione cognomine memoratur a Strabone XIII, Pag. 878 in descriptione Troadis. Neque dubium est, quin haec ipsa in Stephani loco cogitari debeat, licet accentus non conveniat. At quid fiet illo: Λυκίας? Nimirum dici queat agi hoc loco de Troadis regione Lyciâ, quae in Homero Pandaro adsignatur, vid. Scholiast.

24) Vid. Suetonium de illustrib. Grammat. 20 ibiq. F. A. Wolfium Pag. 23. De illo alias.

Villoison. ad Iliad. V, 105, adde Schoenemanni commentat. de Geographia Homeri Pag. 106 et Heynii Observv. ad Iliad. II, 824. Jam satis perspicuum sit, cum Lyciae in nostro loco mentio facta fuerit, quomodo aliquis potuerit reponere illud Λυκιακῶν, praesertim qui nesciret Lyciam Troadis significari. Quod si placuerit, nihil mutandum sit in scriptoris quidem nomine, sed emendandum Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν [25] τετάρτῳ, ita ut Xanthus retinuisse dicatur memoriam occupatae a Lyciorum colonia Trojani regni partis, cujus rei in Herodoto I, 173, ubi Lyciorum origines et coloni e Cretâ deducti memorantur, vestigium nullum superest.

Verum, cum Strabonis Sidene non recte congruat cum ditione Pandari Homerici, cf. locos laudatos, pronior sim in eam sententiam, ut pro πόλις Λυκίας insuper reponatur: Λυδίας. Constat enim latissime patuisse sub postremis regibus et Persarum aetate Lydiae terminos. Ejus rei passim apud scriptores superest memoria, v. c., ut hoc unum subjiciam, in Aristophanis Nubibus 595 Ephesiae virgines dicuntur Λυδῶν

25) Simile mendum ex altero Stephani B. loco, qui item e Xantho repetitus est, sustulit Holstenius: Μελάμπεια πόλις Λυδίας, ἀπὸ Μελάμπȣ, ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακοῖς (Λυδιακοῖς). Ejus urbis per reliquorum scriptorum libros vestigia desidero non minus, quam nonnullorum aliorum e Xantho memoratorum, de quibus supra.

κόραι, ad quem locum consulendus est Scholiastes. Et vero supra etiam de hac re monuimus.

Favet ei rationi praeterea illud, quod in hoc Stephani loco:

Ἔλγος πόλισμα Λυκίας, ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακοῖς.

Aldina editio Λυδίας exhibet. Similiter hic quoque emendandum est Λυδιακοῖς. Caeterum de oppido Elgos nihil alias innotuit. Utrumlibet de illo priore loco placuerit: illud conjicere liceat: ea, quae apud Strabonem Libr. XIII, Pag. 898 in historiâ de Ilio instaurando exempli caussa interponuntur de Sidene Troadis: καθάπερ καὶ ὁ Κροῖσος ἐξελὼν τὴν Σιδηνήν, 26) εἰς ἣν ὁ τύραννος κατέφυγε Γλαυκίας, ἀρὰς ἔθετο κατὰ τῶν τειχιέντων πάλιν τὸν τόπον, fortasse e Xanthi nostri Λυδιακοῖς desumta esse.

26) Σιδηνὴν tuetur Casaubonus contra illam alteram lectionem apud Eustathium Σαρδιανήν.

## ΜΑΓΙΚΑ.

Haec praeter Λυδιακὰ Xantho tribuuntur a Clemente Alexandrino Stromat. Libr. III, Pag. 515, ed. Potteri.

Ξάνθος (δὲ) ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Μαγικοῖς, μίγνυνται δὲ, φησὶν, οἱ μάγοι μητράσι καὶ θυγατράσι· καὶ ἀδελφαῖς μίγνυσθαι θεμιτὸν εἶναι· κοινάς τε εἶναι τὰς γυναῖκας, ὀ βίᾳ καὶ λάθρα, ἀλλὰ συναινέντων ἀμφοτέρων, ὅταν θέλῃ γῆμαι ὁ ἕτερος τὴν τοῦ ἑτέρου.

Conf. Ejusdem locum alterum Paedagog. Lib. I, Cap. 7, Pag. 139, qui ex illo explicandus est; adde interpretes ad utrumque, qui praeter cetera illud Tertulliani afferunt ex Apologia: „Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert.“ Eadem Diogenes Laërtius Prooem §. 7 commemorat Sotionis fide. At hic cum ob alias caussas, tum ob eam rem levitatis insimulatur a Meinersio in der Geschichte der Wissensch. in Griechenland und Rom Vol. I, Pag. 296. Immerito quidem hactenus, quatenus ea res, quod docuimus, Xanthi auctoritate firmatur et praeterea Ctesiae. Namque de Clitarcho quidem 27)

27) De hoc sublestae fidei homine nuper egit Saintecroix in Examen critique Pag. 41 seq. 71. 121. 746.

nihil dicam, e cujus historiis, sicuti sua fere omnia, ita hanc quoque narrationem Curtius hausisse putandus est.

Alios veterum locos congessit diligentissimus Brissonius de reg. Pers. princ. Pag. m. 493 seqq. His tamen addenda sunt ea, quae Coel. Rhodiginus Var. Lect. X, 18 disputat atque Muretus in Commentar. ad Catullum Tom. II, Pag. 858 Operum ed. Ruhnken.

Ex iisdem *Μαγικοῖς* desumta G. J. Vossius censet illa apud Diogenem Laërtium in Prooem. §. 2.

*Ἀπὸ δὲ τῶν Μάγων, ὧν ἄρξαι Ζωροάστρην τὸν Πέρσην, Ἑρμόδωρος μὲν ὁ Πλατωνικὸς ἐν τῷ περὶ μαθημάτων Φησὶν, εἰς τὴν Τροίας ἅλωσιν ἔτη γεγονέναι πεντακισχίλια. Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς, εἰς τὴν Ξέρξȣ διάβασιν ἀπὸ τȣ̃ Ζωροάστρȣ, ἑξακόσια Φησί· καὶ μετ' αὐτὸν γεγονέναι πόλλȣς τινας Μάγȣς κατὰ διαδοχὴν, Οστάνας καὶ Ἀστραψύχȣς* (*Ἀστραμψύχȣς* Suidas), *καὶ Γωβρύας καὶ Παζάτας, μέχρι τῆς Περσῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρȣ καταλύσεως.*

Quo in loco perspicuum est: sola haec verba: *Ξάνθος — Φησί* tanquam scriptore nostro auctore excitari, ut qui ea, quae sequuntur de Magis, qui deinceps fuerint usque ad Alexandri Magni aetatem, nequaquam potuerit narrare. Sejungenda igitur illa, ut in parenthesi interposita Hermodori testimonio. Quod parum curasse

videtur Meursius ad Hesych. Miles. l. l. diligentior in his Vossius l. l.

Quid vero? si haec Magica dixeris non illius antiquissimi Lydi esse, sed alius cujusdam Xanthi, fortasse illius Musici Atheniensis, qui aequalis Theophrasti fuit vitasque scripsit eruditorum, teste Laërtio IV, 29. Ei quidem Jonsius de Scriptor. Hist. philos. I, 19, Pag. 121 illa adsignanda esse suspicatur, quae Xanthi fide traduntur de Lesche poëtâ, apud Clementem Alex. itemque de Empedocle philosopho apud Diogenem. Et re verâ Μαγικῶν scriptio melius convenire videtur in eum hominem, qui vixerit Alexandri magni aetate, qua Persicarum rerum Magicarumque adeo per universam Graeciam fama plurimorum et sermonibus et scriptis jam vulgo celebrari coepisset. Nec Lydium auctorem prodit Clemens. At Diogenes diserte dicit τὸν Λυδόν. Potuit falli aut ipse Diogenes, aut aliquis ipsius lector, qui celebriorem illum Xanthum significari arbitratus, illud ὁ Λυδὸς textui obtruderet. Etenim quantopere glossematibus laboret Diogenis textus, nemo ignorat et monuit plus uno loco Menagius, v. c. ad VI, 79, IX, 49.

At vero rursus dubitationem objiciunt illa, quae in Nicolai Damasceni historiarum reliquiis, Xantho Lydio, uti supra intelleximus, auctore, commemorantur de Cyro rege Croesoque. Quo in loco Zoroastris, Ma-

gorum Magicarumque rerum mentio frequentatur, vid. ed. Orellii Pag. 57. 67. Quae res me ita movet, ut nunc quidem, dum alia ratio alia suadeat, propensior sim in eam sententiam: Μαγικῶν illorum Lydium nostrum auctorem habendum esse, quem in eodem fere argumento a Diogene laudari vidimus. [28]

28 In Xanthi testimonio supra e Diogene adscripto pro ἑξακόσια Mss. duo exhibent ἑξακισχίλια, vid. Menagium ad h. l. Quod fortasse praeferendum censeat, qui sciat, quantopere in numeris annorum modum excedere soleat orientalium hominum historia. Praeter Xanthum et Hermodorum magicarum rerum scriptores perhibentur Aristoteles, et, nisi in ea re turbatum fuit, etiam Hermippus, vid. eundem Menagium ad Diog. l. l. Nec minus a Diogene §. 8 Prooem. Dinonis historiae in eam rem advocantur. Quem locum emendavit in Epistola critica Pag. 137 ed. Lips. Toupius, pro Ζωροάστρην ἀστροθύτην reponens ἀστροθέτην. De Dinone et supra diximus et dicemus alias.

Locus de Lesche apud Clementem Alexandrinum est Stromat. I, Pag. 398 Potter.

Ναὶ μὴν καὶ Τέρπανδρον ἀρχαΐζουσί τινες· Ἑλλανικός γ' οὖν τοῦτον ἱστορεῖ, κατὰ Μίδαν γεγονέναι. Φανείας δὲ πρὸ Τερπάνδρου τιθεὶς Λέσχην τὸν Λέσβιον, Ἀρχιλόχου νεώτερον φέρει τὸν Τέρπανδρον· διημιλλῆσθαι δὲ τὸν Λέσχην Ἀρκτίνῳ, καὶ νενικηκέναι Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς, περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα.

Quo in loco illud ὁ Λυδὸς nihil impedivit Jonsium l. l., quo minus haec eadem e Xanthi Atheniensis vitarum libro manasse suspicaretur. De Lesche poëtâ non est, quod plura dicam post Heynii disputata in Excursu I ad Virgil. Aeneid. Libr. I et in Biblioth. der alten Lit. u. K. ad Procli Chrestom. I. Ined. P. 37 et Hermanni Observv. ad Aristotel. Poetic. Pag. 171 seqq.

## ΠΕΡΙ ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ

Xanthum egisse intelligitur ex loco Diogenis Laërtii in illius philosophi vitâ VIII, 63:

Φησὶ δ' αὐτὸν (Ἐμπεδοκλέα) καὶ Ἀριστοτέλης ἐλεύθερον γεγονέναι, καὶ πάσης ἀρχῆς ἀλλότριον, εἴ γε τὴν βασιλείαν αὐτῷ διδομένην παρῃτήσατο, (καθάπερ Ξάνθος ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λέγει) τὴν λιτότητα δηλονότι πλέον ἀγαπήσας. 29)

29) Hunc Diogenis locum paucis interjectis antecedunt haec de eodem Empedocle: *μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν φησι Ποταμίλλα, ἐπεὶ μυριάδες αὐτὸν κατῴκουν ὀγδοήκοντα· ὅθεν τὸν Ἐμπεδοκλέα εἰπεῖν, τρυφώντων αὐτῶν, Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι, οἰκίας δὲ κατασκευάζονται ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι.* Ut nihil dicam de civium numero facit Menagius ad h. l. et Wesselingius ad Diodorum XIII, 84 et is qui eam rem interpretatione lenire studuit Bonamy de Empedocle in Memoir. de l'acad. des Inscript. Tom. X, cf. Hissmann Magazin für die Gesch. der Philos. Tom. II, Pag. 193. Illa Ποταμίλλα vexat interpretes, quam, cum ea aliunde nemini innotuerit, solius tamen Diogenis auctoritate in catalogum feminarum olim illustrium retulit J. Chr. Wolfius Pag. 435. Eam vocem non agnoscunt plures codices, e quibus Palatinus sic habet *ποταμὸν ἄλλοι.* Kuhnius in notis ad h. l. illud portenti conflatum arbitratur e corrupto nomine Timaei historici, quod olim h. l.

Fuit igitur Xanthi cujusdam peculiare opus de rebus Empedoclis, quod ipsum tamen Jonsius l. l. Lydo nostro non minus abjudicat,

lectum fuerit et vocabulo πολλὰ, quo quis notare eundem voluerit utpote ea tradentem de Agrigentinorum civium numero, quae omnem fidem excedant. Diversa ratio est Ign. Rossii Commentat. Laërt. Pag. 167, qui illud ποταμίλλα e textu ejiciendum judicat, utpote natum ex glossa ποταμὸν ἄλλοι, qua aliquis Graeculus monere voluerit h. l. non fluvium Ἀκράγαντα cogitandum esse sed urbem ejus nominis. Sed ut illud omittam: inepte hoc loco de ista ejus nominis differentiâ monitum fuisse, cum illa quae continuo subjiciuntur ἐπεὶ μυριάδες jam satis unumquemque moneant urbem cogitari debere: tota quoque illa ῥῆσις mirifice languet, si nihil praeterea dixerit Empedocles, quam hoc: magnum esse Agrigentum, ut quae tot millia incolarum habeat. Sed multo gravius illud est, quod hoc: ὅθεν τὸν Ἐμπεδοκλέα εἰπεῖν τρυφώντων αὐτῶν, intelligi nequit, nisi dicas jam in antecedentibus monitum fuisse de Agrigentinorum luxurie. Nam cum hoc posterius Empedoclis dictum de civibus suis lautius habitantibus mollitieque solutis superiori dicto per eam particulam jungatur, quae caussam reddit (ὅθεν unde): necesse est in antecedentibus caussam aliquam inesse cur reliqua subjiciantur. Ne multa: emendandum arbitror: μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν φησι ποτ' ἅμιλλαν. Ad illud φησὶ supple: Ἡρακλείδης, cujus testimonium proxime antecedit (non Ἡράκλειτος, quod vitiosum esse jam monuit Is. Casaubonus). Si quis de leni spiritu dubitet is adeat Hesychium, qui ἄμιλλα exhibet. Neque tamen refragabor si placuerit: ποθ' ἅμιλλαν. Utrumvis

quam illa, quae modo posuimus de Lesche. Neque enim aetatem admittere, ut Xanthus Lydius de Empedocle egisse credatur. Haec

reponas, hic loci sensus nascitur: „Magnam autem Agrigentinorum civitatem ad certamen esse, dixisse (Empedoclem) refert (Heraclides) quod in ea habitarent octingenta millia hominum; unde et Empedoclem dixisse ipsis in mollitiem effusis" rel. Ajo enim his ipsis Empedoclem cives suos occultius et dissimulanter tangere voluisse ob sumtus in certaminibus publicis et praecipue equis curribusque factos. Neque enim minus equorum, curruumque magnificentiâ gestiebant, quam civium multitudine, teste Diodoro Siculo Lib. XIII, 82, qui exempli caussa ita de festivâ pompâ refert, qua Exaenetum Agrigentinum in urbem redeuntum cives comitabantur (quam pompam fieri potest, ut Empedocles ipse viderit, si Larcherium secutus, eum floruisse dicas Olymp. 84, 2. Neque tamen ad rem necesse est ita statui): *συνεπόμπευον δ'αὐτῷ, χωρὶς τῶν ἄλλων, συνωρίδες τριακόσιαι λεύκων ἵππων, πᾶσαι παρ' αὐτῶν τῶν 'Ακραγαντίνων.* Unde perspicuum est, eos his rebus declaratam voluisse cum opulentiam tum frequentiam civium, idemque fere fecisse, quod in Adrasto praedicat Pindarus Nem. IX, 27 seqq. — *ἀνδρῶν ἁμίλλαις* — *ἄμφαινε κυδαίνων πόλιν.* *Μέγας* autem et *μέγεθος* dubitari nequit, quin dicatur cum de magnâ hominum copiâ, tum de opulentiâ et fortunis, nec minus de eo, quod magnam vim habet sive multum confert ad aliquid. Quod si quis dubitet is adeat unum Sturzii Lexicon Xenophonteum s. h. v. Pag. 94 seqq. Jungi insuper hanc vocem, sic adhibitam, praepositio-

quidem ratio infringi videtur posse eo, quod supra disputavimus de illius Lydii aetate. Quodsi enim hunc floruisse dicas circa Xerxis descen-

nibus adeoque τῶ πρὸς, docere quemque potest vel solus locus Xenophonteus Memorabil. II, 3, 3 πρὸς Φιλίαν μέγα μὲν ὑπάρχει τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν Φῦναι, ut illud taceam quoties Graecis aliquis dicatur μέγας εἶναι εἴς τι. — Porro ἅμιλλα proprie dicebatur de agone curuli s. equestri, docente Ezech. Spanhemio ad Juliani Orationem in laud. Constantin. Pag. 256 seqq., cf. ab eo laudatum Scholiasten ad Sophoclis Electr. 856, Pag 287, ed. Erfurdt. ac per certaminis curulis opportunitatem urbis magnitudinem declarare solebant Agrigentini. Obscuriorum vero et dissimulatam in eo philosophi dicto reprehensionem inesse ideo dixi, quod illud ὁ Ἀκράγας μέγας ἐςὶ πρὸς ἅμιλλαν honorificentius accipi posset, vel sic: Magnum est Agrigentum, ita ut sui aemulationem excitet; et jungit Polybius VI, 39, 8 ἅμιλλαν et ζῆλον, vel sic: ut contendere cum quavis alia urbe possit, vel: ut bella gerere queat; πόλεμος enim Hesychius adhibet explicandae voci ἅμιλλα. Neque tamen quisquam intelligentior ignorare poterat mentem philosophi, quam certe sermonis universa continuatio, itemque dicentis vox vultusque adjuvaret. Neque vero ipsius linguae leges patiebantur usquequaque promiscue usurpari: ἅμιλλα et πόλεμος. Qua de re monuit Schol. ad Aristoph. Nub. 28. Dorica autem vocabulorum forma, quot menda pepererit in veterum scriptis nemo nescit. Atque id ipsum ποτὶ quoties obliteratum fuerit erudite docuit Koenius ad Gregor. Pag. 83 seqq, qui ibidem ipsi Diogeni I, 93 in

sum in Graeciam, itemque hoc alterum ponas: eundem vitam in senectutem usque protraxisse: potuit ille utique de Empedocle narrare, qui floruit circa Olympiada 84, vid. Larcherii tabulam chronolog. et Corsinii Fast. Attic. Tom. III, Pag. 138, quo tempore Xanthus annos natus erat sexaginta tres. Nec G. J. Vossius dubitavit hanc ipsam Empedoclis vitam Lydo nostro assignare.

Tamen cum Diogenis verba, in quibus Xanthus, omissa patriae notâ, citatur, non cogant de illo antiquissimo cogitare, nec ulla alia succurrat ratio, qua res per se parum probabilis, hunc philosophorum vitas attigisse, firmari posse videatur, potiorem equidem judico Jonsii sententiam.

Cleobuli epistolâ hoc vocabulum restuit. Dorice vero cum civibus suis locutum esse Empedoclem nullus dubito, quanquam non sim nescius falli Menagium, qui ad Diogen. Pag. 381 eundem etiam in libris conscribendis doricâ dialecto usum faciat, et potius audiendum esse Bentleium, qui in Dissert. de Phalaridis epist. Pag. 27 Jonicum sermonem ab eo, ut poëtâ epico, usurpatum docuit. Sed alius est Empedocles cum Arigentinis colloquens, qui Dorienses origine Dorice loquerentur, vid. Bentleium Pag- 23, alius carmina pangens.

# Addenda et Emendanda.

Pag. 37 lin. ult. post: disputatio adde: de.

— 49 Discrepantes inter sese fabulas de Auge ab Hercule compressâ attigit Joh. Winkelmann (Monumenti antich. Part. I, Cap. 26).

— 57 lin. 1: Latmus mons leg. Latmum montem.

— 63 Παίονες quo sensu Herodiano, Zosimo, Juliano aliisque sequioris aetatis scriptoribus dicantur, docet Ezech. Spanhem. ad Julianum Pag. 160.

— 83 lin. ultim. Baeotorum scrib. Boeotorum.

— 89 lin. 17: In quo ut del.: ut.

— 99 lin. 13 post Λιβυκὰ adde: vel ad Κρητικὰ

— 120 lin. 6 et 13 a fin.: Ποσειδῶνι; οἶνον; scrib. Ποσειδῶνι. οἶνον.

— 129 lin. 24: λαωωνίζειν leg. λακωνίζειν.

— 131 lin. 4 a fin. eodem leg. eadem.

— 148 lin. 8 adde: Huc faciunt etiam Hymni Orphici 48. 49, Pag. 312 seq. ed. Hermanni.

Pag. 151 fin. adde: Capite 6 ejusdem libri etiam Croesus ita dici videtur *τύραννος*, ut sit: qui invitis imperat. Tamen cum cogito: Cap. 7 *βασιλέα* et *τύραννον* promiscue usurpari, similiterque Cap. 12, 13, 14 *βασιληΐην* et *τυραννίδα*, nullus dubito, quin historiae pater, ex suâ ipse personâ loquens, antiquiorem vocabuli usum retineat, quo regem significat. Diversa ratio est loci III, 50, quem diligentissimus ceteroqui Larcherius minus apte adhibuit declarando usui Herodoteo.

Pag. 156 lin. 2 a fin. a de leg. ad

— 157 lin. 4: locu leg. locus.

— 172 ad lin. 22: In Cononis loco non *Μιδᾶ* tenent codd. Parisienses a Bastio collati, sed *Μίδα*, atque ita emendandum erat. Quae forma, ut hoc nunc symbolae loco afferam, firmatur etiam his verbis Callisthenis apud Stobaeum Florileg. Serm. VII, Pag. 93, ed. Basil. Conr. Gesner. — *ὁ υἱὸς Μίδα*.

— 202 lin. 3 adde: Haec Nicolai: *ἤσκητο δὲ καὶ τὸ σῶμα διαπρεπεῖ κόσμῳ, ἀλεργῆ ἀμπεχόμενος, καὶ κόμην τρέφων χρυσῷ στρόφῳ κεκορυβωμένην* conferenda sunt cum hoc loco Heraclidis Pontici e libro *περὶ ἡδονῆς* de Atheniensibus ap. Athen. Lib. XII, 5, *ἀλεργῆ μὲν γὰρ ἠμπίσχοντο ἱμάτια — κορύμβους δ' ἀναδούμενοι τῶν τριχῶν, χρυσοῦς τέττιγας περὶ τὸ μέτωπον καὶ τὰς κόμας ἐφόρουν*. Adde poëtae Asii verba apud eundem XII, 30, quae explicat Schweighaeuser Animadvers. Pag. 405. — Illud: *ἤσκητο* proprie adhibetur, ubi de ambitioso

Pag. 202 corporis cultu agitur, vid. v. c. locum huic simillimum in Antipatri Sidonii epigrammate XXVII Anthol. Gr., ubi ἀσκητὸς — κορύμβοις. Ex hac voce fluxit verbi forma κορυμβόω, quae ex hoc loco enotanda est. Κόρυμβον de capillis in capitis vertice intortis accipiendum videri, ait Jacobs ad l. l. Pag. 35. Quam rem ad oculorum sensum e veteris artis operibus planissime ita explicat Joh. Winkelmann (Monumenti Part. I, 34), ut sit capillus ad uvarum hederacearum similitudinem compositus, simul docens in viris κρώβυλον dici idem, quod in feminis κόρυμβος sit. Unde intelligitur a Nicolao effeminatam illius hominis mollitiem significari. κρώβυλος est in nobilissimo loco Thucydidis I, 6, ad quem cf. interpretes et Wyttenbachium ad Ἐκλογ. ἱστορ. Pag. 360 plura daturum ad Plutarchi Moralia.

— 224 lin. 9: Recentioribus de ea re libris adde Tiedemanni commentationem de quaestione, quae fuerit artium magicarum origo reliq. Marburg. 1787 Pag. 18. Laertiano loco, quem ibidem exhibuimus lin. 13 seqq., geminus est locus Plinii H. N. XXX, 2, cf. Cap. 3, qui tamen cum Eudoxum, Aristotelem Hermippum laudaret, Xanthum neglexit.

Nonnumquam commissum est in Accentibus describendis. Sic, ut hoc utar:

Pag. 31 lin. 16: σωματικὴν. scrib. σωματικήν.

— 43 lin. extrem ἱρὸν. scrib. ἱρόν.

Pag. 89 lin. 4: ἱϛορικὸς· scrib. ἱϛορικός·
— 99 lin. 3: Λιβυκὰ. scrib. Λιβυκά.
— 161 lin. 11 a fin. Λυδιακὸς. scrib. Λυδιακός.
— 222 lin. ult.: Σαρδιανὴν. scrib. Σαρδιανήν.

Et sic hinc inde ante distinctionem minorem et majorem, nec minus in mediis vocabulis, v. c.:

Pag. 175 lin. 10: ἀπογὸνȣς scr. ἀπογόνȣς
— — lin. 12: μιξολὺδιον scr. μιξολύδιον.